

# „TRANSMISSIONALES IN CAUSA POSSESSIONIS RESINAR CONTRA LIBERAM REGIAMQUE CIVITATEM CIBINIENSEM 1784”. DOCUMENTAR (II)<sup>1</sup>

Vasile RUS<sup>2</sup>

## „TRANSMISSIONALES IN CAUSA POSSESSIONIS RESINAR CONTRA LIBERAM REGIAMQUE CIVITATEM CIBINIENSEM 1784”. DOCUMENTARY (II)

### ABSTRACT

*The Bishop House Museum in Rășinari (Sibiu county) preserves a valuable exhibit: the leather bound thick volume of 1.318 manuscript pages entitled „Transmissionales in causa Possessionis Resinar contra Liberam Regiamque Civitatem Cibiniensem” (Transmissionales in the Case of Rășinari’s Possession against the Free Royal City of Sibiu, 1784), comprising the lawsuits of the Romanian village of Rășinari conducted between 1735-1784 against the Saxon Magistrate of the Sibiu (Hermannstadt) city and seat, as well as large annexes of possessional documents (13th-18th centuries) and fiscal conscriptions (18th century) of this great, rich and old village of transhumant shepherds. Last year we published, the volume entitled „Patrimoniul istorico-juridico-românesc din Mărginimea Sibiului (Rășinari, Săliște)”, coordinated by Ela Cosma, authors and editors Mircea-Gheorghe Abrudan, Marius Boromiz, Alexandru Bucur, Ela Cosma, Daniela Deteșan, Livia Magina, Tatiana Onilov, Vasile Rus, Victor V. Vizauer, Argonaut/Symphologic Publishing, Cluj-Napoca/Gatineau, 2020, 870 p., where we inaugurated the documentary of the first 40 pages of “Transmissionales”, in a critical edition (including transcription of the Latin text and translation into Romanian). Hereinafter we keep on publishing the Latin transcription of pages 40-178, 279-285 of this difficult baroque juridical text. Given the importance of „Transmissionales in causa Possessionis Resinar” and its genuine unedited character, in future we aim to process the whole manuscript of 1,318 pages and to see it published in a critical edition.*

**Keywords:** Transmissionales, Rășinari, juridical documents, 18th century, Romanian historical-juridical heritage.

Muzeul Bisericesc din Casa Episcopală de la Rășinari (județul Sibiu) găzduiește un exponat de mare valoare: un volum gros legat în piele, conținând 1.318 pagini de manuscris, intitulat „Transmissionales in causa Possessionis Resinar contra Liberam Regiamque Civitatem Cibiniensem 1784” (Transmisionale în cazul posesiunii Rășinariului contra orașului liber regesc al Sibiului, 1784). Volumul cuprinde procesele purtate între 1735-1784 de Rășinari, acest vechi, mare și bogat sat românesc

---

1 Lucrare realizată în cadrul unui Grant de cercetare susținut cu sprijin financiar din Fondul Recurent al Donatorilor, aflat la dispoziția Academiei Române și gestionat prin Fundația „PATRIMONIUM”, GAR-UM-2019-II-2.5-13, Patrimoniul istorico-juridic românesc în documente și arhive inedite, director de grant: Ela Cosma.

2 Cercetător științific, doctor în filologie clasică (latină), Institutul de Istorie „George Barițiu” al Academiei Române din Cluj-Napoca; conferențiar universitar, Departamentul de Limbi Clasice al Facultății de Litere de la Universitatea Babeș-Bolyai din Cluj-Napoca.

de ciobani transhumanți, împotriva Magistratului orașului și scaunului săsesc Sibiu, la care se adaugă amplele anexe conținând documente posesionale din secolele XIII-XVIII și conscripții fiscale din Mărginimea Sibiului în cea de-a doua jumătate a veacului al XVIII-lea.

În 2020 am publicat o lucrare monografică de studii, cu ediție critică (870 p.), „Patrimoniul istorico-juridico-românesc din Mărginimea Sibiului (Rășinari, Săliște)”, lucrare coordonată de Ela Cosma, avându-i ca autori și editori pe Mircea-Gheorghe Abrudan, Marius Boromiz, Alexandru Bucur, Ela Cosma, Daniela Deteșan, Livia Magina, Tatiana Onilov, Vasile Rus, Victor V. Vizauer, tiparul acestei întreprinderi editoriale deosebite fiind asigurat de editurile Argonaut din Cluj-Napoca și Symphologic Publishing din Gatineau (Canada).

O parte din contribuțiile volumului sunt dedicate expres nu doar Rășinariului, în general, ci, în speță, unor varii aspecte cronologice, istorice, juridice, filologice generate de documentul-fluviu „Transmissionales”, pe marginea cărora au glosat: Ela Cosma în „Istoricul unei controverse. Cartea ocolniță din Rășinari (1488) și extrasul actului de danie (1383), originale pierdute și copii târzii sau falsuri de secol XVIII?” (p. 249-268); Tatiana Onilov în studiul despre „Documente din Rășinari. Copiile româno-chirilice de secol XVIII ale Cărții ocolniță (1488) și extrasului actului de danie (1383)” (p. 269-284); Vasile Rus dezbătând și prezentând „Documente din Rășinari (sec. XIV-XVIII). Traducerea în latină (după 1761) a cărții ocolniță de la Rășinari din 1488 și a extrasului actului de danie din 1383. Ediție de documente” (p. 285-397), unde – în afară de documentele din 1383 și 1488, menționate în titlu –, am inclus și alte documente latinești transcrise și traduse în română, documente provenind din anii 1467, 1700, 1750, 1773, 1776, 1781, 1784, ce au fost extrase din „Transmissionales”; Ela Cosma tratând „Procese în cauza posesiunilor satului Rășinari contra Magistratului orașului Sibiu (1735-1784)” (p. 397-408) și spicuiind „Din practicile juridice de la Rășinari: «Jus Valachicum» în două ascultări de martori (1738 și 1776-1777)” (p. 473-523).

În același volum dedicat Patrimoniului istorico-juridico-românesc din Mărginimea Sibiului (Rășinari, Săliște) am inaugurat editarea critică a primelor 40 de pagini ale manuscrisului-fluviu de la Rășinari în „Transmissionales in causa Possessionis Resinar contra Liberam Regiamque Civitatem Cibiniensem 1784”. Documentar (p. 423-472). Editorii Vasile Rus și Ela Cosma au oferit prelucrarea completă prin transcriere latină și traducere românească a acestui dificil text juridic baroc, dar și editarea sa critică prin dotarea textului cu un solid aparat de note de subsol.

În ediția de față continuăm prezentarea documentarului „Transmissionales”, mărginindu-ne strict la transcrierea textului latin de la paginile 40-178, 279-285. Am exclus paginile 179-278 ce conțin conscripția fiscală a Rășinariului pe 30 de ani militari (1754/1755-1784/1785), întrucât tablele extinse ale conscripției solicită o tehnoredactare aparte și un calapod editorial mai complicat. Ne-am rezumat deocamdată la textul propriu-zis din „Transmissionales”, care e scris în limba latină, cu excepția câtorva fragmente în limba maghiară (chiar în paginile de mai jos) și a altora (sporadice) în limbile germană și română.

Dată fiind, pe de o parte, importanța deosebită a documentului-fluviu „Transmissionales in causa Possessionis Resinar contra Liberam Regiamque Civitatem Cibiniensem 1784”, iar pe de altă parte caracterul său original și încă inedit, intenția noastră de viitor este aceea de a continua prelucrarea materialului și de a aduce la lumina tiparului ediția critică completă a celor 1.318 pagini ale manuscrisului integral.

**„Transmissionales in causa Possessionis Resinar  
contra Liberam Regiamque Civitatem Cibiniensem 1784”,  
în: Muzeul Biserica din Casa Episcopală de la Rășinari, transcriere latină  
a p. 40-178, 279-285.**

[40] Secundam. Non debent se se Querulantes Roschinarienses pro denominatione allegatorum modo praejudiciorum ad instantias aequae ipsorum de annis 1735, 1736, 1752, 1759, 1773 et 1777 provocare, sed producere communicatae enim Querulatis de praescriptis annis Roschinariensium querelae, nihil penitus aliud aliasque querelas in se continent speciales, nisi illas, quae sub 30<sup>ma</sup> Maii anni 1777 medio Excelsae Commissionis Investigatoriae et Iudiciariae per Excelsum Regium Gubernium in praesentia partium [41] determinatae habentur. Cui determinazioni Querulati nullis rationibus et documentis oppugnatae, sed in omnibus in salvo relictas, nunc quoque firmissimae inhaerent; nec obsta.

Ad 1<sup>mum</sup>. Quod scribatur per Reschinarienses terminis generali bus, atque absque omni fundamentali proba appositis priorique allegationi sub Numero primarum ad punctum 3<sup>tium</sup> contrariis Pagum Roschinar in Territorio Cibiniensi existere affirmanti, quod Pagus Roschinar sit in Fundo Regio in Sede Cibiniensi et ad instar reliquorum Pagorum omnibus territoriali bus beneficiis et emolumentis, iuribus item et iurisdictionibus usque ad annum 1735 usa et gavisu fuisset viaque facti spoliati esset. Praeter hoc enim, quod hae ipsae generales accusationes in superiori bus etiam absque omni proba reiteratae habeantur, adeoque juxta gratiosam Excelsi Regii Gubernii determinationem, tanquam in generalibus expositae per se nullae censi debent, producant Incausam attracti Querulati in contrarium unilateralium illarum inquisitoriarum conscriptionem miseriae status Pagorum: Poplak, Resinár, Michelsberg, Heltán, Czód, Westen et Meichen sub Numero 2333, in qua quid [/// 2333 e anno 1700] de Reschinár scribatur legenti obvium erit: quod vide licet sit in Territorio Civitatis Cibiniensis nullasque habeat sylvas, nulla parata, nullas Alpes, [42] nulla molendina etc., unde evidens est, quod, si non habuerunt in anno 1700, certe in anno 1735 et sequentibus iisdem nec privari potuerunt. Eadem est etiam responsio:

Ad 2<sup>dum</sup>. Ratione praetensae, sed non edoctae villanae iurisdictionis et, quia ad hanc praetensionem velut in superiori bus etiam attactam et sic reiteratam rantum, tam ex gratiosa resolutione anni 1735 sub 8<sup>va</sup> Martii quam vero determinazione anni 1777 Excelsi Regii Gubernii, ut et statim praeexhibita Conscriptione responsum satis est, ideo eidem responsioni nunc quoque Incausam attracti inhaerent,

Ad 3<sup>tium</sup>. Constat ex praemissis Partis Querulatae documentis Querulantes nulla foeneta, nullas sylvas, sed in Territorio Cibiniensi condensationem habere, sequaciter Querulatus Magistratus, quod antea etiam suum et Civitatis erat, id a nemine occupavit, si vero limitatam antea Taxam de prati set foenetis Civitatis solvere

renuerant Roschinarienses per hoc Querulati nullam occupationem, nullum spolium fecerunt, si amplius resultationibus cedere noluerunt, sed jure ipsorum usi sunt, eum ex ipsis etiam Partis Querulamntis unilateralibus inquisitoriis signanter elogiis Testium 4, 14, 15 ad Utrum 11<sup>mum</sup> aperte satis constat, quod ideo praetensum illud foenum oblatum fuisset, quia Que[43]rulantes consuetam Taxam sub decursu duorum annorum denegarunt praestitaque antea servitia secundum fassiones Testium Querulantium ad Utrum 14<sup>tum</sup> 2, 3, 4, 14, 15. Ad Utrum vero 11<sup>mum</sup> 31, 32, 33 ad calcem, ita ad Utrum 4<sup>tum</sup> Testis 34<sup>ti</sup>; ad Utrum vero 5<sup>tum</sup> 35 non praestiterunt; si ita, quotiam sublati conditionibus tolluntur pacta, nihil Querulatus Magistratus contra jura fecisse, errasse et Incausam attractos privare potuisse censi debeat.

Ad 4<sup>tum</sup>. Ratione Sylvarum etiam, velut hic ruesus reiteratae praetensionis ad intelligentiam satis responsum est, in superiori bus, cui Querulati nunc etiam inhaerent. Haud aliter:

Ad 5<sup>tum</sup>. Velut superius ratione praetensae Robottae allegatum punctum habent Querulantes adaequatam responsionem. Quoad:

Tertiam autem inique ad:

§<sup>phum</sup> 1<sup>mum</sup>. Subtilis haec Naturaeque Rei, ut et Altissimo Mandato Regio sub 30<sup>a</sup> Ianuarii anni correnti emanato contraria est distinctio, contraria Naturae Rei ideo, quia, si consta bit Jus Querulatae Partis, constare debet etiam factum praetensum non fuisse violentum, sed legale absque praejudicio Reschinariensium et juxta Decreti Tripartiti Partis 2<sup>dae</sup> Tituli 52<sup>di</sup> §<sup>phum</sup> 3 accessorium debet sequi Forum, atque Naturam sui Principalis contraria Altissimo Mandato [44] Regio expressi verbis jubenti: ut Querulatus Magistratus ad Jus suum quaecunque contra Querulantem Communitatem Reschinariensem ejusque territoria et beneficia praetensum in via juris coram Excelsi Regii Gubernii Foro comprobandum pro speciali hoc casu inducitur et, quia hic non de facto, sed de jure agi jubeatur; protestantur Querulati, ne simili bus subtilitatibus complementum Altissimi Mandati remorent, hinc enim liquet distinctionem istam Reschinariensium esse quaesitam, adeoque et Naturae Rei, et Altissimo Mandato contrariam, summe enim fata Majestas jubet doceri de radice, Reschinarienses autem agere volunt de ramo quando quidem facta semel determinatione de radice seu causa principali ratione accessorio rum etiam rite fluit consequentia.

Et haec Reschinariensium subtilitas eo directa esse videtur, ut causa haec cum enervazione vivi Suae Sacratissimae Majestatis Aerarii reddatur immortalis, si enim ad infundatam restitutionem ex infundato et simplici principio nunc Excelsum Regium Gubernium induci posset, tunc Magistratus absque omni causa jure suo antiquissimo in litteris privilegialibus constitutionibusque antiquis radicato excussus lon[45]giori Processu ad enervationem usque Partium et Contribuentium procedere deberet, quae Suae Sacratissimae Majestatis intentio non est, adeoque velut contra Mandatum Regium directus conatus, nec admitti debet.

Ad 2<sup>dum</sup>. Gratis et hoc a parte Roschinariensium allegatur, quod Rescripto Regio anno 1752 die 26<sup>a</sup> Octobris emanato satisfactum non fuisset, ubi enim Regia Majestas mandavit: Quod, si Excelso Regio Gubernio minus vacaret, per Commissionem eum in finem ordinandam adjuncto Roschinariensibus Fiscali Directore, aut ejus advocato causam eandem agnoscat, ac Suae Majestati ulterius et benigne

superinde resoluturae cum demissa opinione submittat. Id quod Excelsum Regium Gubernium Inclytæ Universitati, velut de lege etiam ordinatae Commissioni transposuit, Inclyta vero Universitas statim anno subsequenti 1753 adstante Roschinariensibus Fiscali Advocato Spectabili quondam Domino Ladislao Szombathfalvi causam assumpsit, atque juxta leges suas municipales terminavit. Reschinarienses causam appellarunt, Deliberatum et Documenta exceperunt Revisionemque et Determinationem causae institerunt recognoscendo Jus praetensum ob defectum litteralium instrumentorum edocere non potuisse in verbis: „És minthogy régi Határ járt Levelünkben deficiálnunk, praetensionkban is succumbálnunk Kellett”, ut docetur producto sub Numero 3<sup>tio</sup> [Numero 3<sup>io</sup>] expo[46]nunt praeterea causam hactenus tam ob molem laborum Excelsi Regii Gubernii quam vero absentiam Procuratoris ipsorum revideri curare non potuisse, ex quibus liquet causam ad tenorem Benigni Mandati anni 1752 assumptam et terminatam fuisse, sed querelam illam totam anni 1752 Suae Sacratissimae Majestati submissam terminavit adhuc Excelsum Regium Gubernium in anno 1777 die 30<sup>ma</sup> Maii, prout ipsis etiam constat Reschinariensibus velut ad faciem praesentibus, nulla ergo est ratio cur Reschinarienses ratione non revisioni set non submissionis causae conquerantur. Quoad denique:

Quartum. Querulati non hoc allegarunt, in puncto hocce 4<sup>to</sup> in ipsorum Responsione, quod Repositionem in integrum nunquam sollicitassent, sed hoc scripserunt, quod esset contradictoria ista Roschinariensium accusatio 1<sup>mo</sup>: Quod Incausam attracti Querulati Cibinienses contra Querulantes Reschinarienses causam Repositionis in integrum non incaminassent: cum omni jure Querulanti incumbit causam contra querulatum incaminare, et 2<sup>do</sup>: Quod Reconventae Actioni hic locus esset nullus, prout etiam ibidem puncto Replica 4<sup>to</sup> demonstratum est, quam objectionem Roschinarienses scribunt esse indignam accusationem et Altissimum Manda[47]tum remorantem, rationes tamen dictorum suorum assignant nullas, sed his, prout etiam in eodem Replica puncto 4<sup>to</sup> annotatum est, ad rei meritum parum facientibus omissis. Jam:

Reflectitur a parte Querulatorum ad modernas allegationes observando: Bene hic Roschinarienses allegare et petere: „Ut vigore praelaudati Rescripti Regii Incausam attracta Communitas Cibiniensis Jus suum quaecunque contra Roschinár ejusque territoria et beneficia praetensa in via juris coram Excelso Regio Gubernio comprobet”, hoc enim subest modo ex Altissimo Mandato Regio, questioni scilicet Jus, non vero factum, uti in superiori bus puncto 3<sup>io</sup> per distinctionem allegabatur. Atque ideo:

Querulatus Magistratus, atque Communitas Cibiniensis cum omni submissione, homagiali oboedientia fideque intemerata obsequii gloriae ducens Mandatis Suae Sacratissimae Majestatis satisfacere praetermissis omnibus exceptionibus, quas de jure opponendas habuisset et, nonnisi contra fide dignitatem unilateralis illius inquisitionis per Roschinarienses sub F e copia descriptae oppositae exceptioni inhaeret, de reliquo ad mandatum Suae Sacratissimae Majestatis in probationem juris sui produxit:

1<sup>mo</sup>. Gratosam et lege fundata Excelsi Regii Gubernii sub 30<sup>ma</sup> Maii anni 1777 Numeroque 5916 factam et publicatam determinationem omnesque modernas

tam generales quam [48] speciales Reschinariensium querelas ex ipsa radice superantem in Archivo Excelsi Regii Gubernii reperibilem reproduxit.

2<sup>do</sup>. Litteras Mathiae Regis remissionales et collationales de anno 1467 emanatas, atque coram Excelso etiam Regio Gubernio et Commis[Numero 2<sup>do</sup>]sione produca sub Numero 2<sup>do</sup> produxit.

3<sup>tio</sup>. Gratosam Excelsi Regii Gubernii Resolutionem sub 8<sup>va</sup> Martii 1735 datam in Archivo pariter Guberniali reperibilem produxit.

4<sup>to</sup>. Conscriptionem et Investigationem Status et Territorii Roschinariensium de anno 1700 emanatam sub Numeris 2333 produxit.

5<sup>to</sup>. Instantiam et Recognitionem Reschinariensium Excelso Regio Gubernio super eo factam, quod, cum nulla habeant litteralia instrumenta, praetensum illorum Territorium concernentia in pretensione etiam [Numero 3<sup>tio</sup>] ipsorum succumbere debuerunt sub Numero 3<sup>tio</sup>. Et:

6<sup>to</sup>. Si unilateralibus istis Reschinariensium inquisitoriis ex sola copia descriptis, atque adeo parti bus copiae fides aliqua tribui debeat, exinde etiam numerosorum Testium fassionibus constare videtur satis: pacificam illorum omnium praesertim Territorii Possessionem, quam ab antiquo habuerunt, nunc etiam Reschinarienses habere et possidere, prouti ad Utrum 5<sup>um</sup> et 10<sup>um</sup> fatentur Testes 12, 13, 31, 32, 33, 34, 38, 39, 40 et alii plurimi penes, quae producta [49].

Personalem Reschinariensium Constitutionem, atque de expositione pro parte ipsorum facta exquisitionem et examen Testiumque sistendorum, si Excelso Regio Gubernio ita et de necesse visum fuerit, productionem et authenticationem humillime instando et, si haec peoducta non sufficerent, plura etiam producendo facultatem reservando: cupiunt de lege ab indebita hac Roschinariensium accusatione, velut bonae fidei Possessores cum omium expensarum et fatigiorum refusionibus, legitimatione item juris antiquissimi absolvi contrariamque Altissimo Mandato Roschinariensium petitionem simpliciter tamen obtrusam et priori suae de productione Juris petitioni contrariam rejici, ut Altissimo Mandato Regio ad amussim satis fiat. Responsum reddunt et protestantur:

Roschinarienses per praenominatum Assistantem Procuratorem ad tergiversatorium agendi modum, priusquam cum omni humanitate et regular iter in hoc Excelso Regio Guberniali Foro, altissime ita ordinato, ut Magistratus in via juris legitime sua facta per Reschinarienses spoliatos sufficienter ante hac exposita et probata directam Responsionem adornare querent, varia subterfugia ambiguosque et in Foro contradictorio inusitados terminos praeventuri [50] petunt, ut Domini Magistratuales consueta formali tate non reflexiones ponant, sed vel directam litis contestationem adornent, vel formali eaque legali et non tergiversatoria exceptione, legi tamen et huic summario Processui accomodabili exceptione utantur, alioquin hunc inconsuetum agendi modum petunt vi Tabularis Instructionis § 44 expungi et Reschinariensibus juxta sua superiora justitiae complementum elargiri. Et protestantur responsum reddendo:

#### Pro Incausam attractis reponitur

Tota haec Reschinariensium allegatio, quia in generali bus terminis exposita, nihil aliud, nisi criminationem Querulorum absque ulla specificazione in se

containeret, ideo nisi objectata Querulorum subterfugia, ambiguos terminos etc. specificaverunt, velut generalis accusatio vim et efficaciam habere potest nullam.

Praetendunt praeterea Roschinarienses litis contestationem, quae nonnisi Incausam attractis competit, ipsi vero Reschinarienses Incausam attractoratum Querulatis antea cedere nolebant, sed, quia Magistratus formalem etiam fecit litis contestationem negando querelam Reschinariensium in veritate et lege fondata sequaciter provata esse. [51]

Allegatus vero Benignae Instructionis Regio-Tabularis 44 §phus Reschinariensium actis potius quam Querulorum factis et productis applicari posset. Querulati enim velut Incausam attracti nihil fecerunt aliud et faciunt, nisi ad peitionem Reschinariensium responderunt.

Mandatis Suae Sacratissimae Majestatis satisfacturi, tenor enim Altissimi Mandati is est: „Querulatus Magistratus Cibiniensis ad Jus suum quaecumque contra Querulantem Communitatem Reschinariensem ejusque Territoria et Beneficia praetensum in via juris coram Foro Excelsi Regii Gubernii comprobandum invietur”, atque adeo legitimationem Juris sui et probationem produxit:

1<sup>mo</sup>. Gratosam Excelsi Regii Gubernii de omnibus Reschinariensium querelis sub 30<sup>ma</sup> Maii anni 1777 emanatam Decisionem.

2<sup>do</sup>. Litteras Mathiae Regis de Anno 1461 Jus suum erga Querulantem Communitatem comprobantes.

3<sup>io</sup>. Resolutiones Excelsi Regii Gubernii sub 8<sup>va</sup> Martii 1735 emanatam.

4<sup>to</sup>. Coscriptionem et Investigationem anni 1700.

5<sup>to</sup>. Recognitionem Reschinariensium erga Terrenum per ipsos inhabitatum, quod pertineat ad Querulatos.

6<sup>to</sup>. Si collateralis et copialis Reschinariensium Inquisitioni fides dabitur, unde etiam [52] Reschinarienses, velut ex ipsorum Instrumento videre possiderunt, nunc etiam possideant.

Quo documento licet penes Responsionem Producentibus restituta non sint, iisdem tamen Querulati velut sincero et non tergiversatorio agendi modo nunc quoque inhaerendo, etsi necessarium videbitur amplius litteras etiam super Jure territoriali metales producere parati instant. Juris et Justitiae complementum iuxta sua superius petita et responsiones redditae protestando de indebita Reschinariensium vexa.

#### Triplica Roschinariensium ad declinatorias meritaes replicas

Quia Magistratus Cibiniensis ad iteratas Excelsi Regii Gubernii Ordinationes Reschinariensiumque legitimas admonitiones in complementum Benignissimi Regii Rescripti die 30<sup>ma</sup> Ianuarii anni currenti emanati et die 19<sup>na</sup> Februarii cum eodem Magistratu eo cum Mandato per Excelsum Regium Gubernium comunicati, ut Altissimis Jussis satisfaciat. Jura sua erga occupata Territoria Beneficiaque territorialia iuxta Normam Regiam comprobare distulisset, spoliati Roschinarienses autem per modum Reconventionis praehabita sua usque ad annum 1735 Jura territorialia et Beneficia ad instar reliquorum [53] Fundi Regii Incolarum a saeculis pacifice tenta subsecutaque eorum in anno praefato 1735 factam violentam occupationem et insimul ipsis illatas Jurium praehabitorum privationes territorialiumque beneficiorum et proventuum ademptiones solidis suis documentis comprobantes restitutionemque in integrum ad dictamen legum patriarum supplicassent, praefatus autem Magistratus in actuali

omium occupatorum Dominio constitutus altissime demandatam Jurium ejus erga occupata Reschinariensium Territoria eorumque beneficia, ut occupatis diutius frui possit, directam et solidam comprobationem declinasset et a praetacta 19<sup>na</sup> die Mensis Aprilis usque ad 11<sup>mum</sup> Iunii coram ordinato Excelsi Regii Gubernii Foro declinatorias semper miserosque spoliatos Reschinarienses criminatorias instituisset Responsiones, postea demum ab 11<sup>a</sup> Mensis Iunii praetensorum Jurium ejus comprobationem erga Roschinariensium Territoria eorumque emolumenta proposuisset: hinc iidem spoliati Reschinarienses prolixam illam Magistratus Cibiniensis Responsionem declinatoriam eique subnexam ad demandatam meritalem Jurium praetensorum comprobationem replicando dicunt: totam hactenus sat tortuose factam et prolixè adornatam Magistratus Cibiniensis Responsionem ad duas Classes reducibilem esse ita, ut: [54]

Prima contineat dilatorias declinatoriasque, ac miseros spoliatos Querulantes criminatorias praefati Magistratus Responsione set obiectiones.

Secunda autem contineat ea, quae ad meritalem, ac altissime demandatam praetensorum Jurium comprobationem pertinere putantur per Magistratum.

Utramque Classem resumendo respondent Reschinarienses, et quidem:

Quoad primam Classem. Exceptiones videlicet dilatorias declinatoriasque et imputationes indigne criminatorias – dicunt:

1<sup>mo</sup>. Magistratus Cibiniensis hujus litis consors scienter fingit se ignorare Querulantium querelarum objecta specificamque eorum denominationem quidditatemque et quantitatem, ac qualitatem, quia ab anno 1735 usque ad annum 1777 tam coram Augusta Aula quam coram altioribus Instantiis exhibitae eorum Instantiae medio Excelsi Regii Gubernii cum eodem Magistratu per extensum fuerunt communicatae et ad eas singulas Querulatus Magistratus praehabito in Senatu desupper mature consilio suas submitit meritaless Responsiones, quae omnia hodiuerulantibus Reschinariensibus extradata sunt, e quibus tam Instantiarum quam su[55]perinde extraditarum Magistratualium Responsionum copias e Transumpto hic sub F product ibique a pagina 102 usque 182 inclusive ... excerptas et hic pro faciliiori intelligentia copialiter sub Numeris 1<sup>mo</sup>, 2<sup>do</sup>, 3<sup>io</sup>, 4<sup>to</sup>, 5<sup>to</sup>, 6<sup>to</sup>, 7<sup>mo</sup>, 8<sup>vo</sup>, 9<sup>no</sup>, 10<sup>mo</sup> reproductas subjungunt Querulantes et, quia idem Magistratus praehabitas suas responsiones nunquam comprobasset, nihilominus omnia potentiose occupata Territoria fere a medio saeculo cum omnibus emolumentis usurpasset et hactenus ad jurium erga eadem Territoria praetensorum sufficientem probam nunquam compulsus fuisset, hinc Sua Imperatoria Majestas praelaudato suo Benigno Rescripto priusquam ad altissimam de praemissis Resolutionem devenisset, demandare dignata fuit Jurium Magistratualium Cibiniensium erga Querulantium Territoria eorumque emolumenta comprobationem coram Excelso Regio Gubernio intra anniversarium fiendam.

2<sup>do</sup>. Quia toties fatus Magistratus scienter allegari faciat se ignorare, quae fuissent Jura et Jurisdictiones Reschinariensium ipsis ademptae, quae item damnificationes et aggravia in eos successive cumulata, ea omnia iidem Reschinarienses compendiosissime declarant in sequentibus praeter [56] ea, quae superius sub nomine occupatorum locorum et jurium educillarum declararunt.

Jura itaque eorum, ceu Communitatis Liberae Villae Regalis in Fundo Regio Sedequae Cibiniensi existentis et ejus Incolarum consistent in his e Concessione



Regali Regionumque Officialium has terras legales gubernantium penes onerosas obligations, rem pecuniariam et pecorariam pro emolumento in superficie ejusdem Fundi Regii tractandi ibidemque fixa domicilia habendi beneficiisque et juribus localibus, ac territorialibus industriosis aequae, ac naturalibus ad instar reliquorum diversae nationis Fundi Regii Coincolarum locorum situi congruenter et libere usuandi et penes decretaliter olim statuta Terragia in recognitionem Emminentis Dominii Regiae Majestati, qua sui peculii proprietario sub titulo Censuum et Dicarum, ac Quiquagesimarum solvanda libere utendi sunt et fuerunt sequentia:

Primo. Jus primae Instantiae, iuxta quod Reschinarienses quoque prout reliqui Terrarum Regalium Sedis Cibiniensis Incolae habebant localem Justitiarium Primario Sedis Cibiniensis Justitiario immediate subordinatum, coram quo jure poterant convenire omnes Coincolae Reschina[57]rienses suos Concives locali tate et facti tempore non exceptos.

Secundo. Jus utendi Bonis et appertinentiis Communitatis iuxta Limites Territorii communibus.

Tertio. Jus Honorum, cujus virtute Incolae quoque Reschinarienses intra ambitum habitationum loci erant capaces gerendorum localium Officiorum Honorumque et Muniorum tam Civilium quam Ecclesiasticorum.

Quarto. Jus Commerciorum, cujus virtute tam in loco, ut reliqui Concives, quam in aliis liberis emporio rum locis privilegium aliud exclusivum non habentibus habebant Jus Commerciorum.

Quinto. Jus Superiorem et Inferiorem Jurisdictionem Magistratum habendi.

Sexto. Jus Localem Parochialem Ecclesiam cum Scholis et Coemeterio habendi et penes ea Munia Ecclesiastica in Loco gerendi.

Septimo. Jus Libertatis, cujus virtute ab immediate Dominica potestate serviitiisque Nativis seu Jobbagonibus et Inquilinis contradistinguuntur et a Jurisdictione vicinarum Sedium Jurisdictionatarum liberi sunt, sic etiam ab obsequio sigillis parendi.

Octavo. Jus Civitatis, cujus vigore Judex Reschinariensis cum Juratis et 40-Viris ad instar aliarum Fundi Regalis Liberarum Villarum habet Jus ex iis, qui sub Regni Hungariae Sacrae Coronae Jurisdictione cum personali libertate habitant et pro fixa mansion exercendaque inter eos re pecuaria [58] et pecoraria fixe manere cupiunt, in suam concivilitatem more inter eos usitato recipient et omnium Localium Jurium, Libertatum Honorumque et Emolumentorum erga amplectendas locales onerosas obligations participem reddunt.

Nono. Jus Tribus, cujus vigore Communitas Reschinariensis in gremio suae Communitatis eorumque Territoriis ad procurandam promovendamque et conservandam singulorum Reschinariensium Coincolarum commoditatem et mutuam pacem, ac tranquillitatem habent Jus suos Coincolas in certas Classes distribuendi distributisque iuxta majorem vel minorem Coincolarum numericam quantitatem certos morum actionumque civilium oeconomiarum Moderatores constituendi cum connexo his omnibus invigilandi jure.

Decimo. Jus Tributorum, cujus vigore antea contributionalem summam per superiorem Magistratum toti Communitati inflictam habebant jus ad individual Communitatis habita facultatum ratione repartendi, cuique Individuo infligendi, ac

exigendi, exactam vero ad proximiorum Cassam administrandi: introduco vero novo Contributionis systemate ejusdem Juris Tributi vigore habent in quovis anno sese et suos Concives confrontatoribus sistendi et cognita facultatum mensura eosdem solvendae Regiae Contributioni connumerari facere. [59]

Undecimo. Jus Census, cujus vigore Incolarum inter eos fixuros erga levem Censum Communitati solvendum e communibus Pagi terrenis internis habebant Jus Fundum assignandi et eos in eorum coetum recipiendi.

Duodecimo. Jus Magistratus, cujus vigore habebant Jus in eorum gremio Judicem seu Villicum, ut et Juratos homines et 40 Viratum eligendi constituendique et pro confirmatione superiori Magistratui repraesentandi eorumque iudicio et definitione injuriationes damnificationesque et mutuas laesiones medendas et via juris tollendas submittendi, aliaque oeconomialia Communitatis negotia gubernanda, illis committendi.

Decimo Tertio. Jus Fororum, cujus vigore habebant libertatem hebdomadam Fori a Annonaria celebrandi.

Decimo Quarto. Jus locales constitutiones metales et oeconomiales faciendi.

Decimo quinto. Jus Divisionis.

Decimo sexto. Jus Restitutionem petendi in integrum eorum iurium, quae iis propter onerosas in se assumptas conditiones concessa fuerunt tunc lapsu temporis non per proprietarium, sed alios Fundi Regii Coincolas erepta sunt.

Decimo septimo. Jus privatum Fisci, cujus [60] vigore deficientium Bona immobilia non in Fiscum, sed in Communitatem devolvuntur.

Decimo octavo. Jus Connubiorum.

Decimo nono. Jus condendi Testamenta.

Vigesimo. Jus Patriae Potestatis.

Vigesimo Primo. Jus Ordinis et Praecedentiae.

Vigesimo Secundo. Jus legitimum Domini.

Vigesimo Tertio. Jus Gladii, ut Libera Villa vi Decreti 2 Sigismundi iuxta annexum Extractum Decretorum anno 1404 emanatorum sub Numero 99.

Quibus omnibus penes eas onerosas condiciones ad instar reliquorum Terrarum Regales incolentium eorum praedecessores utebantur et fruebantur solvebantque Proprietario Terrarum Ordinarium Censum seu Terragium pro suis habitationum Fundis et Domibus et Lucrum Camerae e Cruciferis 10 constans, postea in Ordinariam Regiam Contributionem commutata, quae hodie quoque ad instar reliquorum Fundi Regii Incolarum solvunt integraliter, et quidem nullo habito respectu sterilitatis petrositatisque et incommoditatis habitationis locorum conscripti sunt in Primae Classis Plagam primam et praeter Viduas 165 Vagosque 4 et Zingaros 6 Extraneosque 2 in anno 1754/5 numerati sunt in eadem Villa Valachali Reschinár [61] Contribuentes Patrum Familiae Numero 768 capitatim singuli quasi Inquilini essent a Rhenensibus Florenis 3 taxati, sed semper Rhenenses Florenos 4, tres, ut Inquilini, Regiae Majestati, unum vero, quia Dominis Terrestribus Cibiniensi Magistratui solventes, praeter adjectos singulis Rhenensibus Florenis 20 Crucigeros sub Numero 1234. [Numero 1234]

Praespecificatis autem omnibus Juribus et Libertatibus Querulantes Reschinarienses ab duo Joannis Szász usque ad annum 1701 viventis spoliare coepisse, in

anno vero 1735 Agris quoque et Foenetis spoliasset et proprios eorum Agros Dominali Taxae pro singulis in Crucigeris 17<sup>1/2</sup> solvendae subegisse et ab eo tempore semper ita taxasse et Alpibus, Montibus, Pascuorum locis, sylvis glandiferis, pinetis, molendinis successive iuxta specificationem hic pro breviori sub A.G. documentive annexam, ut supra privasse; aliisque noviter introductis aggravariis ad incitas redegisse, quae omnia praeter praeexhibitas Inquisitorias, nunc originaliter in eo statu, in quo Archivo Magistratuali, ubi ab anno 1735 a decisione metalis causae detinebantur et unde detruncate, ac vitiate rehabere poterunt, oculari inspectioni exhibent sub litteris B.G. pro[BG]bant porro iidem Querulantes inquisitoriis quoque ad expositionem Directoris Petri quondam Dobra in anno 1738 23<sup>ia</sup> Iulii solemniter emanati set per Discalem Assistantiam pro Querulantibus sub signis EHF hac vice exhibitis et aliis inquisitoriis anno 1776 [62] et 1777 confectis sub litteris B et F. [B et F]

3<sup>io</sup>. Allegatur a Querulato Magistratu 1<sup>o</sup> se nescire, quae essent non dum decisa et 2<sup>do</sup> in complementum Altefati Benigni in anno 1752 emanati Rescripti, quae adhuc desiderarentur. Ad quod demisse respondetur, et quidem:

Ad primum. De facto spoli nulla huc usque facta fuerit Decisio, tanto minus de repositione in integrum, cum tamen seposita interea questione juris quamprimum Reschinarienses comprobarunt praehabitu iurium et territorialium privatum cumque pacificum possessorium et secutam occupationem. Ad tot eorum querelas lachrymosas pro elargendo Iustitiae complemento hic in Principatum ab Augusta eaque dementissima Aula remissas per disinteressatos Iustitarios debebant, tam Querulantes quam Querulati adaequati exaudiri et comprobatis querelis spoliati ante omnia in integrum reponi; et violati occupatores postea ad probationem praetensorum Iurium inviari, quod hucusque factum non est.

Ad 2<sup>dum</sup>. Ad complementum Benigni in anno 1752 emanati Rescripti desideratur adhuc omnium Querelarum earumque singulorum objectorum, ut et Deliberati Universitatis de Territorii Reschinariensis proprietate in anno 1753 4<sup>ta</sup> Decembri emanati; appellati, [63] sed nec ad specialem Regii Gubernii in anno 1759 9<sup>na</sup> Martii emanatam Commissionem innuente Comitis Nationis huc copialiter sub F.H. annexa responsione non transmissi [F.H.] adaequata revisio et post revisionem cum omnibus actis et documentis Augustae Aulae de iis ulterius resoluturae submisso, sicut et alia plurima recapitulationi prorsus indigna.

4<sup>to</sup>. Non possunt dissimulare miseri Roschinarienses se se cum Inclyto Magistratu Cibiniensi habere ad instar agni sitientis et in uno eodemque rivo cum superius stante lupo inferius bibenti et per lupum titulo turbationis aquae accusati, enim vero accusantur per eundem Magistratum mendacio rum, indigna rum queritationum et indebita rum vexationum reatu; sed a horum insulti bus innocentium defensam orant praestolanturque ab aequissimis hujus controversiae iudicibus, si enim cives contenti fuissent in superficie hujus Fundi Regii Transylvanici illa parte, quae Civibus pro exercendis oppificio et quaestura in locis Fororum Annonariorum et Commercialium, ac in Agris Regalibus pro exercenda agricultura intra certos limites excisa et limitata fuerunt, emphithentae item in Territoriis seu Provincia Cibiniensi pro Agricoli set Vinicolis privilegialiter concessa fuerunt et assignatae; etsi non adspirassent [64] ad loca pascuorum eaque a saeculis per eosdem Valachos sub protectione Regia pacifice tenta, velut ad subsistentiam misero rum Valachorum

pecuariae et pecorariae aequae ad vocationem et affidationem Regiarum Majestatum ad haec confinia vocatorum 2 Uladislai in anno 1495 emanati Decreti art. 45 et affidatorum ab iis non occupassent, ita illi quoque nullas querellas fecissent, sed quia in hac parte Fundi Regii constituti Regii Officiales et eorum Jurisdictioni subjecti Cives Cibinienses, suorum Territoriorum Limitibus non contenti, ipsorum Valachorum Territoria per multa saecula ab ipsis penes solutam de iis Quinquagesimam violenter acceperant eosdemque pecuarios et pecorarios Valachos ad continuationem rei pecuariae per hoc inhabiles reddidissent. Non potuerunt coram eorum Domino Terrestri et Speciali Protectore non querulari tempestivamque a Regia Majestate Legitimo vide licet eorum Divorum Regum, qui eorum praedecessores ad haec loca confinia sub assecuratione vocaverant illocaverantque et de quibus durante in hoc Principatu Sacrae Coronae Regni Hungariae Jurisdictione totaliter, illa vero ab anno 1571 usque 1691 dormiente in mensura ista aetate statuta, Proventus Regales annuatim persolverant, Regalem Protectionem oppresionemque [65] sublevantem cum plenaria protectione non exorare; et per hoc sibi ipsis tantum et publico consulare, non autem Inclytum Magistratum fraudulentem (ut exponunt) criminare et haec eadem ratio movit clementissimum quoque et aequissimum Imperatorem nostrum et Regem, ut statuerit jusseritque Magistratui et Civibus Cibiniensibus, ut intra anniversarium Jura sua erga Valachos ab initio pro exercenda re pecuaria concessa et usque ad annum 1761 vel propinquius 1735 pacifice usuata comprobent totiusque causae seriem cum Actis et Documentis ferendoque desuper Deliberato eidem Majestati ulterius de iis resolutione submittant. Quo fine:

Quia post prolixa subterfugia nunc demum in fine suae duplicae contra Instructionis Tabularis §<sup>phum</sup> 43 id, quod in principio facere debuissent, in fine produxerunt et allegarunt, nunc iam iidem quoque miseri Querulantes et spoliati Reschinarienses

Quoad 2<sup>dam</sup> Classem meritaalem quippe praetensorum Jurium comprobationem replicando iidem Reschinarienses dicunt:

Praeter recognitionem Reschinariensium, quod Pagus Valachalis Reschinar sit in Territorio Cibiniensi, Magistratus sex ponit fundamenta ad comprobationem proprietarii Juris erga Territoria Reschinariensium eorumque emolumenta, utpote:

1<sup>mo</sup>. Gratosam Excelsi Regii Gubernii die 30<sup>ma</sup> Maii 1777 factam Determinationem hic sub [Numero 26] Numero 26<sup>to</sup> producta.

2<sup>do</sup>. Anno 1467 emanatas et copialiter tantum produca Divi Mathiae Regis Remissionales [Numero 2<sup>do</sup>] Litteras sub Numero 2<sup>do</sup>.

3<sup>tio</sup>. Aliam Excelsi Regii Gubernii die 8<sup>va</sup> [Numero 333] Martii anni 1735 Resolutionem sub Numero 333.

4<sup>to</sup>. Investigationem status Territorii [Numero 2333] Roschinariensis sub Numero 2333.

5<sup>to</sup>. Instantiam et Recognitionem Reschinariensium coram Excelso Regio Gubernio super eo factam, quod nulla habeant litteralia super Ter[Numero 3<sup>tio</sup>]ritorio sub Numero 3<sup>tio</sup>.

6<sup>to</sup>. Fassionem numerosorum Testium in Inquisitoriis anno 1738 emanatis ad Utrum 5<sup>tum</sup> et 10<sup>tum</sup> contentas, sed haec sive singillatim, sive simul sumpta non com-

probant ea, quae Magistratus ad primam querelam et petitionem Reschinariensium in anno 1735 conclusum Magistratus die 28<sup>va</sup> Februarii et 1<sup>ma</sup> Mar[F.]tii protocollatum, ut sub F. Paginis 130, 132 Excelso Regio Gubernio in scriptis exhibuerat et, quae hodiedum in Archivo Guberniali exstant (huc copialiter annexum sub F. ad Paginas 130-132), nec hoc, quod idem Magistratus die 13<sup>ia</sup> Martii 1736 Excelso Regio Gubernio in scriptis his formalibus [67] declaraverat Communitas seu peculium Cibiniense semet in solido totius Territorii et Alpium omniumque beneficiorum Dominio et Proprietate Donationalibus Regiis et antiquissimo imperturbato usu inexpugnabiliter se praesidiatam declaratam, (ut sub F. ad Paginas 109-115), sed nec hoc probant, quod die 28<sup>va</sup> Februarii 1760 Nationis Saxonicae Comes Titulatus Dominus quondam Waldhütter ab Adlershausen Excelso Regio Gubernio in praesenti differentia datae suae relationi annexa in deductione his formalibus inservit: Deductio territorialis Fundi Regii in Transylvania Saxonici eidem olim a Regibus Hungariae diplomate dat. et quidem jure irrevocabili et perpetuo, adeoque si Fundus Regius Saxonicae Nationi sit collatus, sequitur Valachicam Plebem servilem in Fundo Regio praeter laboris mercedem nihil habere, multo minus jura propria Territorii, constat enim Saxones proprietatem Territorii ex collatione Regis Geiza Saxonibus Ultra-Sylvanis data accepisse. Non probant porro istis litteris id, quod idem Magistratus in causa metali contra Reschinarienses suis formalibus in anno 1753 allegaverat: Proventus territoriales, uti Taxa Glandinationis et Graminationis solos Cibinienses Pro[68]prietarios, Dominos Terrestres concernunt. Denique nec hoc probant, quod Jus Educilli soli Consuli Cibiniensi, qua Domino Terrestri competeret, quod Incolae Reschinarienses essent Inquilini Civitatis Cibiniensis Dominali Jurisdictioni subjecti, non probarunt autem ideo, nec probaturi sunt usque ad finem saeculi ideo, quia:

1<sup>mo</sup>. Prout reliquorum Fundorum Regionum superficiem pro diversitate Naturae, procreationis et situs eorundem diversae Nationis Hominibus impopulatae sunt ita, ut ad loca Fororum Annonariorum et Commercialium Opifices et Quaestores, ad loca salinaria Salicidae, ad loca vero minerosa Metallurgi illocati fuerunt, et in iisdem ad bene honesteque vivendum privilegiati, ita Sedis quoque Cibiniensis superficies e tribus Civitatibus et quatuor Liberis Oppidis constans diversis Populis diversarumque Nationum Hominibus fuit et est impopulata ita, ut in hac una eademque Sede simul inveniantur diversae Nationis Coincolae vigore Divorum Hungariae Regum sub eorum protectione eo modo coservandi, ut Opifices et Quaestores in locis Fororum, ut tales Agricola et Vinicola in Agris Promontoriisque [69] Regalibus, Limitanei Milites in Territoriis Castrorum finitimo rum, Pecuarii vero et Pecorarii in Sylvis Alpibusque et Montibus, ac aliis pascuorum locis non secus simul conserventur et protegantur quam in Haereditatibus Nobilium diversae Generationis Magnates et Nobiles intra definitos Limites suorum Territoriorum simultanee unus sine alterius praejudicio conservetur, ita tamen, ut, quamvis sub eadem Parochialis Comitatus Jurisdictione commoretur, nihilominus non possit sibi coequali praedominari Dominalemque Jurisdictionem super coincolatu sibi arrogare, ex principiis enim, quod tam Valachi rei pecuariae dediti ad vocationem et assecurationem Divorum Hungariae Regum eorumque Officialium ad impopulationem Fundi Regii ex diversis Ditionibus et Nationibus vocati sint, in has Terras Regales natura sua et claris Regum decretis inalienabiles quam Saxones ad aliam partem Fundi Regii vocati quidem et

privilegiati sint, ad aliam partem Fundi Regii nihilominus uni Nationi non est una pars Fundi Regii ita elocata, ut super alium suum Consortium Coincolam Dominalem Jurisdictionem [70] exercere possit. Quibus ita praemissis:

Iam per specifica demonstrant Reschinarienses praefatorum Magistratus et Communitatis Cibiniensis praetensi Juris in praespecificatis sex punctis complexi nullitatem. Enim vero:

Quoad 1<sup>um</sup>. Determinationem quippe Gubernialem praereproductam et in anno 1777 30<sup>ma</sup> Maii emanatam ex reverentia erga illam ducti, nihil aliud sustinent miseri Querulantes respondere, nisi has demissas Reflexiones exprimunt:

1<sup>mo</sup>. Gratosam istam Resolutionem pro fundamento Querulati Magistratus assumpsit Universitas Nationis Saxonicae in anno 1753, adeoque per ipsos Territoriorum occupatores latum et tunc statim appellatum, sed nec ad praeceptorias litteras, nec ad Guberniales Gratosos Ordines transmissum, immo nec ad clementissimum anni 1752 emanatum Regium Rescriptum cum Actis et Documentis Augustae Aulae ulterius relaturae submissum et ob haec ad hodiernum usque diem ab ulteriori revisione suspensum, consequenter ad probandum jus proprietatis erga Querulantium Territoria prorsus invigorousum Deliberatum. [71]

2<sup>do</sup>. Idem Deliberatum, quoad proprietatem evincendam nulla habita reflexione ad id, quod totus Fundus Regius, adeoque etiam Territorium Reschinariense iuxta fundamentales leges sit Peculium Regium Bonumque Sacrae Hungariae Regni Coronae inalienabile, consequenter privato Jure Dominali nec possessibile, sed nec ad id, quod idem Territorium iuxta praeexhibitam Topographicam Tabellam sub M. in contigua vicinitate Orientalis Imperii et signanter Valachiae situm ex meris locis saxonis sylvisisque, Montibus item et Alpibus non pro Civibus et Opificibus Quaestoribusque et Mercatoribus pro Commerciali Foro aptis, sede t locis ad rem pecuariam exercendam naturaliter et legaliter accommodatis constaret, insignem istam partem Fundi Regii a corpore Bonorum Coronalium separandam et Civibus Cibiniensibus, alias etiam Bonorum Corporeorum possidendorum iuxta Decreti Ferdinandi Imperatoris anni 1552 emanati Articulum 33<sup>ium</sup>, Pacificationis item Viennensis anno 1606 emanatae ad 5<sup>tum</sup> conditum Articulum, ut et anno 1608 emanati Articuli 6<sup>ti</sup> finem incapaci bus, sed vel maxime ad rem quoque pecuariam ad instar Valachorum exercendam inhabilibus, consequenter illam insignem partem Fundi Regii pro situ [72] et natura illius territorii debite cultivandam prorsus incapacibus addixit.

3<sup>io</sup>. Licet in Decretis Divorum Hungariae Regum, signanter Sancti Stephani Regis Decretorum Libro 1 Capite 6<sup>to</sup> et Andreae Secundi Decreti Articulo 19<sup>no</sup> strictissime cautum fuisset, ut Hospites extranei tam Castrorum Regalium quam reliquorum Magnatum et Nobilium teneantur secundum Libertatem iis ab initio concessam et nemo ex eis in perpetuam servitutem redigatur; his nihilominus non obstantibus arbitrariae Magistratuali Jurisdictioni eosdem subesse debere resolutum est.

4<sup>to</sup>. Utut inquisitoriis sub F. et CHT antea quoque productis et nunc iterum reproductis sufficienter probassent Reschinarienses omnium Beneficiorum et Immunitatum per Cibiniensem Magistratum ademptionem eorumque omnium realem et personalem subjugationem, nihilominus ad judiciis et nonnullorum ibidem praesentium, sed ob praesentium Cibiniensium Magistratualium et Civium illos

spoliantium et insimul etiam Judicem agentium dixerunt et fecerunt ea, ad quae ejus anni Judex Pagi Réz Popa vocatus dicenda praevis conductus et instructus fuerat; nihilominus isto praetextu, ac si nullum spoli et aggressionum vexationumque specificum casum allegare [73] et probare quivissent, omnes querelas in futurum obire resolutum exstitit, Jus etiam Educilli ex litteris Mathiae Regis anno 1467 emanatis et nunc statim uberius attingendis ipsis Cibiniensibus addictum fuit.

5<sup>to</sup>. Metales litteras in anno 1488 22<sup>da</sup> Maii more Valachico confectas et ob hoc in anno 1474 17<sup>ma</sup> Ianuarii annum a condito mundo more Graecorum in annum 6791 computantes, in anno quoque 1777 productas et nunc cum versione sub Numero 516 ulteriori revisioni et discussioni cum Fide dignis Testimonibus sub Numero 773 reproductas eadem speciosa Resolutio pro putatio Privilegio ab Attila Rege concessa nullam vim probantem habente declaravit, cum tamen, si in ulteriorem disquisitionem eadem metales sumptae fuissent, levi negotio determinari potuissent sequentia:

1<sup>mo</sup>. In iisdem metalibus id solummodum contineri, quod signa metalia in anno 1488 adhuc visibilia et aevo Attilae Regis in anno 420 viventis constituta et elevata in anno 1488 quoque, utut vetustate detrita, sed visibilia jussu Divi Mathiae Regis fuissent renovata et reparata, quae earundem metalium continentia, nec Patriae Historiae, nec Legibus Patriis ante annum 1514 plerumque in solo usu fondati, nec denique Localitati repugnat: constat liquide ex Histo[74]riis Valachos sub Trajano in Valachiam et Moldaviam venisse; constat porro eosdem in istis Ditionibus per Orientalem quemdam Episcopum Nicetam ad Fidem Christianam Graeco ritu professam in iisdem locis conversos extitisse; constat adhuc e precitato Uladislai 2<sup>di</sup> Decreti in anno 1495 emanati Articulo 45 Valachos in Transylvaniae Confinia per Divos Hungariae Reges et Romanam Coloniam et tunc iam Schismaticos sub assecuratione Regia vocatos ibidemque protectos fuisse; constat denique in iisdem Confiniis Valachos rem pecuariam et pecorariam tractasse et a Locis habitationum Mardsinán, idest Marginales nominatos fuisse nominarique hodieum consuetum esse, sed et hoc innegabile est Saxones sub Geyza Secundo, adeoque saeculo duodecimo in Transylvaniam pro Opificibus Quaestoribusque et Emphithetis vocatos, consequenter non ad Confinia, ut Valachi Locaque Pascuorum, sed in Meditullio Provinciae ad Loca Fororum Annonariorum et Commercialium, Agros item Regales, qua Emphithetas vocatos et illatos extitisse per Divum Andream Secundum in anno 1224; eosdem Saxones penes onerosas condiciones in dicta Loca Fororum Agrosque Regales ita locatos fuisse, ut cum Valachis et [75] Bissenis seu Ruthenis comune aquarum et sylvarum usum habeant, quibus sic se habitis, quia Valachorum ad ista Confinia prius vocatorum Territoria dicti Saxones nec apprehendissent, nec exsoluissent, sed pro Valachis, ut pecorariis et pecuariis incolenda reliquissent, Territoria quoque sua Valachalia reambulari et superinde litteras metales Ritu Valachico lingua et litteris Valachicis expediri fuerunt easque in Sacristiam antiquissimae eorum Ecclesiae per unum ex antiquis Valachiae Principibus (Vajvodis) inter eos ad honorem Sanctae Parascevae dicatae ac stabili bus fundis usque ad violentam Magistratus occupationem penes eandem Ecclesiam permanentibus datatae collocari fecerunt et ibi ante novennium occasione demolitionis antiquissimae illius Ecclesiae funditusque factae reaedificationis in ipsis Originalibus reinvenierunt, quae tanto mi-

nus supposititiae dici possunt, quod ibidem declarati metales ductus industrialiaque signa metalia aevo Attilae Regis cumulata et Aevo Mathiae Regis renovata, iuxta praeexhibitam Topographicam Tabellam et in ea delineatos metales ductus hodie quoque visibiliter super existant et totum illud Valachicum Territorium usque ad annum 1735, dum violenta eorum occupatio facta fuit, iuxta eadem signa metalia possessa fuerunt et ob has praememoratas demissas reflexiones praetitulatus Magistratus Jus suum praetensum [76] fundare et stabilire neutiquam potest.

Quoad 2<sup>dum</sup>, litteras utpote Divi Mathiae Regis, ut nominant remissionales in anno 1467 emanatas et in praetacta Guberniali Determinatione pro donationalibus reputatas, dicunt miseri spoliati Reschinarienses easdem in solis copiis esse producta et ideo nullius esse valoris, sed, etsi originaliter producerentur, nihil valerent ex his rationibus, quia:

1<sup>mo</sup>. Consueto stylo non sunt expeditae.

2<sup>do</sup>. Expositio earum est a veritate aliena, non enim potest concipi Civitatem Cibiniensem Jus aliquando habuisse vel, etsi habuisset. Totam illam villam Valachalem cum vastissimis Alpibus et Montibus fere duo milliaria longis pro 200 Florenis oppignoratam fuisse et ita ad Notarium, inde vero ad Divum Mathiam Regem revolutam extitisse.

3<sup>tio</sup>. Etsi formales essent Donationales, tamen nihil valerent, tum ideo, quia cum praejudicio Juris Communis fuissent impetratae contra Tripartiti Partis 2 Tutulos 8 et 9, tum ideo, quia iuxta Jura Communia Civitates sunt incapaces possidendorum Bonorum, tum adhuc ideo, quia iuxta expositionem sit in Territorio Cibiniensi seu Provincia Cibiniensi, Territorium enim Cibiniense continet totam Sedem Cibiniensem et haec est ratio, quod Cibiniensis Magistratus Jurisdictioni pareant omnes Villae in Sede Cibiniensi existentes, consequenter, si sit in Territorio Cibiniensi, est Peculium Regium, quod Civitas [77] citra poenam praevaricationis tanquam tanquam Sacrum inalienabile et impenetrabile pro se impetrare non potuit, sed, etsi impetrasset, semet penes easdem donationales statui non fecit et sic donatio intra anniversarium espiravi iuxta Tripartiti Partis 2 Titulos 10, 11 et 12. Si autem semet statui facere attentasset, ita etiam Magistratus vi Andreani Privilegii contradicere debuisset, nisi per contrarium usum sui Privilegii totum suum Privilegium amittere evoluisse. Ob has itaque rationes nec his litteris Divi Mathiae Regis Jus proprietatis ad Reschinariensium Territoria valide probavit.

Ad 3<sup>tium</sup>. Resolutionem quippe Excelsi Regii Gubernii die 8<sup>va</sup> Maii anno 1735 emanatam et per Reschinarienses quoque sub Numero 333 pro meliori sub vidimata copia exhibitam attinet, dicunt Reschinarienses eam:

1<sup>mo</sup>. Sonare tantum de Possessorio probabili in sola praesumptione fundato, non autem de Bono Jure, de quo nunc agitur.

2<sup>do</sup>. Possessorium quoque non fuit adjudicatum ex aliquibus Documentis solidis, sed ex mera relatione et informatione Magistratus cum iisdem Reschinariensibus non comunicata, si enim comunicata fuissent, in contrarium evicissent Reschinarienses iuxta binas in anno 1738 emanatas inquisitorias Magistratum Cibiniensem in [78] Alpium et Territoriorum usu usque ad annum 1735 non fuisse et sic nec hoc producto Jus praetensum solidare posse.



Ad 4<sup>um</sup>. Investigationem quippe anno 1700 confectam et sub Numero 2333 productam dicunt Querulantes Reschinarienses: eandem esse meram scortetam omni solenni tate destitutam per ipsosmet Magistratuales in propria causa confectam, adeoque omni fide destitutam, ob hoc petunt simpliciter rejici et his opponunt praeexhibitas binas in anno 1738 solemniter expeditas et omni exceptione majores inquisitorias, quibus irrefutabiliter probant eadem Territoria propria fuisse Reschinariensem, non autem Civitatis Cibiniensis et ad hoc probandum provocant ad conscriptionem solemniter et disinteressate per mixtos Regios in anno 1721 peractam et originaliter in Archivo Guberniali habitam et insuper opponunt Divi Andreae II Hierosolimitani in anno 1223 emanatas fundationales et statutori[A.B.]as hic sub A.B. produca, in quibus meta territorialis Villae Hermanni (postea Civitatis Cibiniensis) Territorio Possessionis Roschel (Roschinar) ejusque Territoria non probari. [79]

Ad 5<sup>um</sup>. Instantiam vide licet et recognitionem Roschinariensium sub Numero 3<sup>io</sup> productam dicunt: Instantiae insertam recognitionem suo sensu esse intelligendam, quia tunc iam inquisitoriae eorum in anno 1738 emanatae fuerant in Archivo Magistratuali detruncatae, Directorales autem Inquisitoriae nunc demum insertae, aberratae fuerant, metales denique Valachales nunc demum in anno 1773 inter muros dirupo antiquissimi Templi Valachalis Reschinariensis extiterunt reinventae. Denique circum circa in Limitibus Territoriorum Reschinariensium, prout nunc adsunt, tunc quoque visibiliter adfuerunt omnia signa metalia, si Judicibus constans et perpetua infuisset voluta, meram, veram et virgineam Justitiam Reschinariensibus administrandi.

Ad 6<sup>um</sup> et ultimum. Fassiones vide licet complurium Testium in inquisitoriis anno 1738 ad Utrum 5<sup>um</sup> et 10<sup>um</sup> collectarum reponitur pro Reschinariensibus se se non negare Consuli, qua Locali Judici, annuatim de singulis ovili bus solvisse et dedisse singulis in annis e Proventibus Quinquagesimalibus unum Caseum et unam Ovem, sed negant per hoc totum Terragium totamque Taxam Pascui Consuli solvisse, negant praeterea praeter Consulem, qua Primarium Loci Officialem Magistratualibus vel obolum solvisse aut dedisse; quod autem Consuli annuatim unum Vervecem et unum Caseum dederint, hoc fecerunt [80] ductu Articuli anni 1548 de solutione Quinquagesimarum, ceu Proventuum Regalium editi, in quo sancitum erat, ut ob nimiam paupertatem ejus aevi Incolarum Isabella Regina miserta sorti miserorum Incolarum multa e Quinquagesimis relaxasset, sed Kenensiis (Dominalibus Judicibus) de singulis Ovilibus obvenire consuetum unum Vervecem et Caseum non condonasset et sic ex hac quoque solutione Vervecis et Casei Jus Proprietatis Territoriorum pro Consule, tanto minus pro Magistratu evince nequit.

Quibus omnibus ita expositis et remonstrates, quia constaret evidenter Consulem Magistratumque Cibiniensem et ipsam Civitatem Cibiniensem ad Territoria Reschinariensia nullum privatum privativumque et Reschinarienses exclusivum Jus comprobavisse aut comprobare potuisse; hinc petunt humillime eadem Territoria ipsis more usque ad annum 1735 usitato dehinc quoque erga solvendam pro iis Quinquagesimam pendendamque de iis Contributionum cum omnium cessantium emolumentorum et emersorum damnorum desumpturumque ab anno 1735 Pascui et Agrorum Taxarum, ac aliorum emolumentorum, ut et Proventuum educillarum

refusione readjudicari reexequendorumque Executionem decerni et nisi quid novi adduxerint, submittunt. [81]

Pro Incausamattractis Magistratu quippe et Communitate Cibiniensi reponitur: Acta, allegations item et response praecedentia Processusque praesentis detention Testimonium de morositate et objectata criminatione perhibebunt; adeoque ad hanc Reschinariensium modernam allegationem inhaerent Incausamattracti suis superioribus cum Lippis, ac Tonsoribus notum sit; si accusare satis esset, nemo innocens maneret, multis verborum ambagibus expositionibus item nudisnomine Reschinariensium Incausamattracti accusantur, sed nihil contra eosdem solide et valide, atque fundamentaliter probatur; si enim Magistratus et Communitas Cibiniensis Jure ipsorum aliquando usi sunt, per hoc injurium et damnum Reschinariensibus non intulerunt: Qui enim utitur Jure suo non videtur alteri injuriam facere – Regula Juris.

Antequam tamen ad ea, quae responsionem merentur Incausamattracti responderent:

Observant et etiam humillime notari cupiunt Reschinarienses in praesenti Processu in Benigno Decreto Regio sub 30<sup>ma</sup> Mensis Ianuarii 1782 super eo emanato (ut praetensum in Reschinar Jus [82] Magistratus comprobet) fundato plures involvere velle causas ad praesentem quaestionem penitus non pertinente set neque applicabiles, volunt enim efficere:

1<sup>mo</sup> causam hanc spoliū seu restitutionis, cujus in praelaudato Altissimo Rescripto Regio, super quo haec causa fundatur, nulla est mentio, alias etiam causa spoliū iuxta Approbatarum Constitutionum Partis 3<sup>tiae</sup> Tituli 8<sup>vi</sup> Articulum 1<sup>mum</sup> alium requirit Processum, aliam Provocationem, aliud Forum;

2<sup>do</sup>. Volunt efficere causam territorialem, cujus pariter in Benigno Rescripto Regio nec vola, nec vestigium aliumque a natura sua requirit Processum, denique:

3<sup>io</sup>. Respondent ad product Incausamattractorum id, quod etiam praelucente Mandato Regio nunc agendum erat, adeoque caeteris omnibus velut extra mentem Altissimi Mandati huc intermixtis, neque ad praesentem causam spectantibus ommissis et ad suum locum reservatis, ad ea solum, quae silentio praeteriri non possunt, observant sequential, et quidem:

Ad 1<sup>mum</sup>. Quid praemissae Incausamattractorum responsiones et allegata in sese contineant Protocollum praesentis Processus loquatur; Magistratus enim, prout idem appingitur scienter fingere non consuevit, quod contra eundem nec probari potest, sed cum vidisset omnes nomine Reschinariensium ab anno 1735 usque ad annum 1777 expositas difficultates iudicio et determinazione Excelsi Regii Gubernii superatas esse, ideo postulavit a jure, ut, si illa refricare voluerint, exponant rationes, Magistratus enim nunc quoque inhaeret eidem [83] Gratosae Guberniali Determinationi; quod si autem novas haberent aut Productionem ad mentem Altissimi Mandati postularent, id ipsum etiam expo nere deberent; quae explanatio Magistratus plane non fictio, uti pro Reschineriensibus exponitur, sed ipsissimum verum et legale postulatum erat.

Ad 2<sup>dum</sup>. Ea plane Jura et Libertates, quae hic a parte Reschinariensium in 23<sup>bus</sup> punctis enumerantur, quod ad Liberas Regiasque Civitates pertineant, ex ipso Juris Corpore omnibus obvium est: sed, quod Reschinarienses aliquando habuissent vel iisdem Juribus et Libertatibus usi fuissent et habere possent in Inclyto Magno

Transylvaniae Principatu tres solum Inclytas et recepita Nationes alente, id neuti-quam probarunt, neque unquam stantibus municipali bus hujus Patriae Legibus probare possunt.

Quod autem de Capitibus a 3 Rhenensibus Florenis, sicuti Inquilini taxati fuissent, hoc certum est, sed quod tandem 4 solvissent, 3 utpote Regiae Majestati velut Inquilini, unum vero Incausamattractis, id ex producta sub Numero 1234 Tabella Contributionali non constat.

Quod porro exhibitas sub D.G.C. 4T et B.F. attinet inquisitorias, illae pro parte Reschinariensium ita allegantur, ac si omnibus numeris a Lege requisitis absolutae, adeoque omni exceptione Majores essent, utut optime notum sit, collate[84]rales semiple et ad alterius solummodo partis unilateralem expositionem, et quidem ante contestatam Litem peractas et nunquam authenticatas inquisitorias in Jure et Foro Contradictorio ad plenam probam nulla Lege admittendas esseid, quod probatori a propinqui ori Benignae Instructionis Regio-Tabularis § 83 jubentis, ut in inquisitoriis Instructionem praecedentibus contenti Testes, qui in vivis adhuc essent, qui vero pro mortuis praetenduntur eos revera mortem abiisse evidenter probari debet, atqui hoc Reschinarienses cum suis inquisitoriis collateralibus non fecerunt, cum quidem praesertim ratione recentiorum Testium de annis 1776, 1777 adjuratorum et sub B. et F. productorum, velut tempore emanationis Benignae Instructionis anno 1777 factae pro vivis merito suppositorum omni Jure facere debebant, sed non fecerunt, adeoque obstante precitato § 83, nec quidquam iisdem probare possunt.

Non possunt pari ratione dupplicis ordinis inquisitoriis sub B.G. et C4F productis, sed uno eodemque anno, tempore, die locoque et per eosdem Regios emanatis, tum ex ratione statim praescripta §<sup>o</sup> vide licet 83 Benignae Instructionis quam vero ideo, ut semiple auditum eumque, ut plurimum ex rumore per Reschinarienses sparso contra antiqua Incausamattractorum Litteralia [85] Instrumenta fateri dignoscantur, quales Fassiones iuxta Decretum Partem 2 Titulum 27 in iure nec fidem, nec locum habent.

Hoc autem per expressum notari cupiunt Incausamattracti, quod exhibentur a parte Reschinariensium illae duae inquisitoriae sub diversis signis, utpote sub B.G. et C4F. et, velut inquisitoriis distinctis iisdem probare et easdem, velut distinctas obtrudere nituntur; cum quidem, si censeantur accuratius uno eodemque anno, eodem die, eodem loco per eosdem Regio set ad eadem Utri puncta emanarunt eosdemque continent in se se Testes, immo et Fassiones, adeoque nulla inter easdem observari potet differentia alia, nisi, quod illae sub B.G. ad expositionem Resinariensium, istae vero sub C4F. ad expositionem Magnifici Domini tunc Directoris Fiscalis Petri Dobra sint emanatae, lattame velut diversae diversasque Fassiones in sese continentes obtruduntur, quod factum revera, velut illicitum et ad deviationem Partis alterius, atque Judicum attentatum censuram promeretur judicalem, non vero assumptionem.

Ad 3<sup>tium</sup>. Objicitur a parte Reschinariensium Altefato Mandato Regio de anno 1752 emanato, non dum satisfactum fuisse, ast respondetur: Judiciale Deliberatum Inclytae Universitatis de subsequenti anno 1753 et Gratiola Excelsi Regii Gubernii sub 30<sup>ma</sup> Maii 1777 emanata Decisio contrarium testan[86]tur et, cum a parte Reschinariensium in utriusque Foris nullus repertus fuit habitus, nulla etiam privatio,

sequaciter nec repositio fieri potuit haecque ipsa expositio Reschinariensium, velut infundata praespecificatis binis Decisionibus Judicialibus superata satis habetur.

Si autem praetendunt Reschinarienses Deliberatum Inclytae Universitatis anno 1753 4<sup>ta</sup> Decembris latum nondum revisum et Augustae Aulae submissum esse, ipsorum erat officii, ut, si ex dictamine Legis Municipalis Statuum Libri 1 Tituli 11 § 8<sup>vo</sup> causa simpliciter transmitti non potuit, iuxta Novellares Articulos modumque et ordinem alias in simili bus observari solitum penes recursum Mandatum Promotorium extrahere promovereque taliter causam debebant, sed, quia solitos istos gradus et praescriptos a Lege canales atudiose neglexerunt ipsosmet et non alios culpae debent, quibus ita ob brevitatem temporis perfunctorie tantum ad praemissas Reschinariensium accusationes notatis; iam

Ad producta Incausam attractorum Cibiniensium factam pro Reschinariensibus responsionem, quod attinet, ad ea a parte Cibiniensium respondetur, in quantum fieri potest, breviter in sequentibus, et quidem:

Ad 1<sup>um</sup>. Reflexionem quippe Reschinariensium Decisioni Guberniali sub 30<sup>ma</sup> Maii anno 1777 factae oppositam, ubi dicunt, [87] quod Gratosam istam Resolutionem pro fundamento Querulati Magistratus assumpsit Universitas Nationis Saxonicae in anno 1753 latum. Cum quidem Deliberatum Inclytae Universitatis latum est in anno 1753, prout a parte ipsorum etiam Reschinariensium allegatur, Decisio vero Gubernialis in anno 1777, die 30<sup>ma</sup> Maii facta est, adeoque Decisio 1777 pro fundamento in anno 1753 assumi nequiquam potuit.

Ad 2<sup>um</sup>. Hic videtur Reschinarienses Deliberatum Inclytae Universitatis de anno 1753 latum taxare, et quidem cum injuriosis Communitatis Cibiniensis contra Privilegia Divorum Regum et Principum terminis, cum ex quibusdam Inclyti Regni Hungariae Articulis nullatenus eundem sensum habentibus ipsam Communitatem Bonorum Corporeorum possidendorum incapacem et Rei Pecoariae excendae inabile nominanti d, quod facere objicere et de simili bus quaestionem movere, quia nullatenus ipsis Reschinariensibus competeret, ideo cupiunt Incausam attracti hos injuriosos termino set neque ad praesentem quaestionem pertinentes cum Censura Judiciali expungi.

Ad 3<sup>um</sup>. Hic contravertunt Reschinarienses, cur Excelsum Regium Gubernium eosdem Magistratuali subesse debere Jurisdictioni resolverit et hoc et Sancti Stephani Regis Decretorum Libri 1 Caput 6 et Andreae Secundi Decreti Articulus 19, sed legantur citata illa Decreta, ubi nec vola, nec vestigium illorum, [88] quae hic allegantur, ut Reschinarienses ne subsint Jurisdictioni Magistratuali.

Ad 4<sup>um</sup>. Iam in superiori bus ostensum satis est inquisitoriis collateralibus praesertim his sub C4F. reproductis, velut suspicione haud carentibus in Judicio et Foro, signanter contra antiquae Litteralia Instrumenta nullam fidem dari posse; hoc autem, quod Judex Pagi anni ejusdem Réz Popa ad dicenda ea, quae una cum reliquis Reschinariensium Deputatis in anno 1777 coram Inclyta Commissione ab Excelso Regio Gubernio ordinate dixit; praevie conductus et instructus fuisset, ut et reliqua ibidem scripta, quia talia sunt, quae dolum et fraudem apertissime redolere videntur maximamque merentur considerationem, ideo cupiunt accusati taliter Incausam attracti hanc indebitam et infamiam in se complectentem, neque honesto homini et Civi convenientem criminationem cum statutione saltem eorundem Reschinariensium

sium ad amussim doceri et Conductores, ac Instructores nominari, quinam fuerunt et sunt illi, in Causa enim ista in clementissimum Suae Sacratissimae Majestatis conspectum deducenda, ut omnes Actus illicit, dolus item et fraus interventi curiose exquirantur, excutiantur et investigentur necesse omnino est, nam, qui similes conductiones et instructions facit, ille dingus est, ut secundum [89] suum illicitum factum exemplariter puniatur, qui e contra alterum infundate similibus accusat et non probat, quod objicit, aequae, ut promeritam sinistrae suae accusationis et objectionis poenam feriat, justum omnino et aequum erit, cum hic velut coram Tribunali Justitiae omnia vera et comprobata scribe, atque dici debet.

Ad 5<sup>um</sup>. Dicunt hic Reschinarienses, quod illa in anno 1777 facta Excelsi Regii Gubernii intuitu producti Valachico Idiomate Metalis anni 1488 Decisio fuisset speciosa Resolutio in verbis: Eadem speciosa Resolutio pro putatitio Privilegio ab Attila Rege concessio nullamque vim probantem habente declaravit. Sed dicant, quaeso, Resinarienses, quare scribunt et ex qua ratione speciosam fuisse illam Resolutionem de litteris illis ab Attila Rege praetensis factam; quas nunc etiam reproducendo et tenore earundem, ac si fidem aliquam merentur, ac omni exceptione majores essent, multis modis argumentantur inferendo etiam Uladislai 2 Decreti in anno 1495 emanati Articulum 45, ac si ille de Valachis Transilvaniensibus (qui iuxta Approbatarum Constitutionum Partis 1<sup>ae</sup> Tituli 8<sup>vi</sup> Articulum 1<sup>um</sup> inter Status velut tantum Tollerati et iuxta Titulum 9<sup>num</sup> propter bonum publicum admissi non connumerantur) sonarent, nullibique Saxones in finibus Regni hujus, sed ubique in Meditullio habitarent; cum quidem ab ipsa constat experientia, inde a Szász Város usque ad Civitatem Brasso ejusque appertinentias ubique in finibus Regni Locisque sub-Alpestribus [90] plurimum et mixtim cum Valachis habitare, nec umquam Litteras Metalles Valachales aliquem aliquando vidisse, legisse probatori, adeoque totam hanc Rosinariensium Allegationem productamque Scartetam, velut per eosdem scriptam, fabricatam illegalem et supposititiam esse, neque attentionem mereri indubium est. Quabdo quidem:

Illas nec ad extrinsecam, nec ad intrinsecam solemnitatem stare posse, etiamsi illi nihil in contrarium allegarent per se patet, enimvero:

1°. In anno eodem 1488 non Valachice et Valachicis Characteribus, verum Graecis utebantur.

2°. Nec sunt per Homines Vayvodales, Capitulares, aut vero Ordinarios Regni Judices scriptae, sed per eosdem Resinarienses eorumque Popas in Resinár, aut ubi fabricatae. Neque:

3°. Sit illi alicujus mentio aut appositio, vel vero vestigium habetur, neque:

4°. Papyrusilla illam indicare et redolere videtur faciem et aetatem, de qua scribitur, cum sit admodum nova, ut illinita, fumigata et maculata. Quod mirabilius:

5°. Quamvis illinitae, fumigatae et studiose maculatae, ac scallidae redditae sint litterae illae, si tamen lucente sole fenestris, vesperi autem candelis apponantur, apertissime [91] dignoscitur partem superiorem habere Insigne Gentilitium Illustris Familiae Comitum de Bethlen, hoc est Serpentem, adeoque ex fabrica Bethleniana, quae est in Possessione Bogát, antea ad Possessionem Hévíz, nunc vero Also-Rákos pertinente acquisitam, et quidem non ita pridem, quia fabricam illam primum (prout

notorie constat) Illustrissima Domina quondam Comitissa Cataharina Bethlen prius Ladislao Halleriana, ex post Josepho Telekiana circa annum 1742 erexit; ipsa vero demortua devenit ad manus Illustrisismi Domini Comitis Volfgangi Generalis, ex post Emerici, demum Joannis de Bethlen et sic Papyrus ista longe et multo junior est re in eadem Papyro exposita, atque de anno 1488 praetensa; part svero inferior superior applicata, similiter aliam habet faciem, massam, immo insigne, ut unicuique curiose inspicienti obvium, in quorum omnium majorem fidem:

6°. Exhibetur a parte Cibiniensium Papyrus ex eadem fabrica praetitulata Bethleniana cum simili Serpentis insigne tam quoad circumferentiam circum circa insigne quam vero Locum, ut et quantitatem et qualitatem ejusdem Papyri optime quadrans, sigillo et subscriptione Clarissimi Domini Ladislai Málnási roborata sub [92] [Numero 7°] Numero 7° it, ut, si opponatur Papyro, cui praetensae metalles inscriptae habentur, peroptime quantitas, qualitas papyri Locusque, in quo insigne habetur, conveniunt; unde Incausam attracti, in quantum fieri potuit, ob illinitum, obscuratum et fumigatum ejusdem statum idem insigne depingi etiam [Numero 8°] curarunt et exhibent sub Numero 8°, ut tam cum praetensis Metalibus quam vero Papyro ejusque quanti tate et qualitate conferatur ipsaque productarum litterarum pro Metalibus praetensarum illegali set illicita aquisitio papesca; quod etiam, si in omnibus punctis assequi non potuisset, aut aliqua variatio interventa esse observaretur, mirum non debet videri, cum papyrus studiose comma culata, illinita, fumigata et corrupta esse comperiatur. Huc accedit:

7<sup>mo</sup>. Quod inter annotatos ad istas Litteras Valachicas Popas in Tabella Contributionali anni 1754/5 a parte Resinariensium sub Numero 1234 exhibita tres Popae, utpote Popa Jakab sub Numero 738, Popa Vaszilia sub Numero 741 et Popa Petru 744 reperiantur; hoc autem, si alios etiam ejusdem Nominis fuisse non edocebitur, concipi non potest, quod et anno 1488 et anno 1754/5 vivere potuissent. Quod majus adhuc:

8°. Curiosius inspicienti Nomen etiam Possessoris set Fundatricis ejusdem Molae Papyraceae, ex qua Papyrus ista prodiit, tribus litteris, utpote GBK significantibus [93] Groff Bethlen Kata appositum habetur et, postquam Possessorium ad manus Illustrisismi Domini Volfgangi de Bethlen devenit, ipse circumferentiam Serpentis aliquantulum mutari ipsumque Serpentem in majori forma exprimi curavit cum additione Nominis sui et officii in quatuor litteris G.B.F.G. significantibus Groff Bethlen Farkas Generalis, ut liquet ex producta sub Numero 7° Papyro; idem fecit etiam Illustrissimus Comes Dominus Emericus de Bethlen post mortem prae laudati Fratris sui Volffgangi [Numero 9°], ut patet ex producta hic sub Numero 9° papyro. Porro:

9°. Quoad intrinsecam solemnitatem, si ipse stylus considerabitur, confusus esse dignoscitur, quia nunc veteris, iam iam praesentis saeculi stylum imitare voluisse comperiuntur, quicunque boni illi scriptores. Praeterea:

10°. Immemores rerum et historiarum antiquarum perhibentium tempore Regis Attilae nullas litteras metales praeextitisse; lattame scribitur: „Quemadmodum antiquissimis litteris metalibus bonae memoriae per vetusti Regis Attilae in anno 420 statutum extiterat etc.”. Iam autem notissimum omnibus est tempore Attilae Regis metales reambulationes in Principatu Transylvaniae fuisse nullas. [94]

11°. Scribitur in illis litteris in anno 1488 emanasse praetensis: „Altefacta Sua Majestas Rex Mathias etc.”, cum quidem tempore Mathiae Regis stylus et terminus ille Altefacta Sua Majestas etc. in usu fuisse nuspiam legitur, sed Sua Regia Majestas. Porro:

12°. Scribitur ibidem, quod sua Majestas Rex Mathias ipsis Resinariensibus Territorium excindi et ampliari elevatis signis curasset, sed per quem, aut per quos Regios, vel Judices Ordinarios de hoc scribitur nihil, neque:

13°. Annotati termini et signa metalia ibidem apposita antiquis conveniunt litteris metalibus in ipsis originali bus iam iam producendis sunt et alia plurima indicia scartetae illius fidedignitatem diminuentia ipsis legentibus sponte sese afferentia, nec temporis dispendium pro merentia.

Quibus ita praemissis, quia constaret: 1°. Scriptum illud, quod pro basi seu fundamento praetensionum suarum Resinarienses ponere videntur, velut informe et illegale metalium nomen haud mereri esseque scriptum absque omni prorsus authentia exaratum et requisitis omnibus a lege solemnitatibus destitutum per ipsos Resinarienses scriptum, adeoque ex omni parte tale, quod in iudicio nec fidem, [95] nec attentionem meretur, nec vim aliquam probativam habet. Constaret 2°. Evidentissime easdem illegaliter et nequitiose esse confectas, atque procuratas, ideo petunt Incausam attracti a Jure idem scriptum in ductu §<sup>phi</sup> 80 Benignae Instructionis Regiae-Tabularis cum indorsatione in Archivum Excelsi Regii Gubernii reponi iisdemque studiose et ad evidentiam scienter utentes publicae actioni iuxta Leges Patrias subjiciendos decerni, simili bus enim litteris utentes non Fiscalem assistentiam, sed ejus prosecutionem promerentur, iuxta instructionem etiam Magnifico Domino Directori datam, ad quam Incausam attracti se se humillime referunt.

Nec opitulatur quidquam ipsis productum sub Numero 773 simplex super eo Testimonium, quod in Rudibus antiqui templi Liber quidam inventus fuisset, quia productum illud non Liber, sed Scarteta, seu Papyrus est, sed etiam si: 2°. per omne inconcessum non Liber, sed Scarteta ista fuisset, locus ille inventionis nullam eidem attribuire potest authentiam ubicunque inventa fuisset, cum aliunde etiam sati set ad evidentiam demonstratum habetur Papyrus illam e fabrica Bogatiensi post annum 1742 erecta procuratam esse, adeoque ex litteris istis, ac aliis argumentationibus [96] hypotheticis Jus Resinariensium stabiliri et Cibiniensium antiquum suppressi ne utique poterit, cum mox inferius demonstrabitur, quatenus sint illa signa et cujus tempore an Attilae aut vero Uladislai Regis tempore et per quos erecta, quorum praexistentiam in illa scarteta enumerare nituntur.

Ad 2<sup>dum</sup>. Litteras quippe Divi Mathiae Regis Remissionales de anno 1467 emanatas antea invidimata copia, nunc vero in ipsis originali bus sub Numero 653 exhibitas Resinariensium Reflexiones dicunt: Qualicunque Stylo expeditae sint litterae illae, constat easdem justo et legitimo titulo emanatas, ac omnibus solemnitatibus a Lege requisitis adornatas ita esse, ut hypothetice et in dubietatibus absque omni proba et veritate fundatae Resinariensium argumentationes evertere non possunt, etiamsi allegetur a parte Resinariensium Civitatem incapacem esse possidendorum Bonorum. Hoc autem, quod tota Sedes Cibiniensis sit in Territorio Cibiniensi contra publicam notorietatem asseritur, cum constet et iam iam demonstrabitur Civitatem Cibiniensem distinctum Territorium a Territorio Convicinantium Pagorum et in Sede

Cibiniensi existentium habere et pro metis Territorium cum vicinis Communitatibus litigasse. [97]

Statutio vero nunc per Resinarienses praetensa ante emanatam Legem Verbötzianam, hoc est annum 1514 necessaria non fuit. Coeterum, ex iisdem remissionalibus Mathiae Regis hoc potissimum probant Incausam attracti, quod Possessio Resinár sit in Territorio Civitatis Cibiniensis proprio.

Ad 3<sup>tium</sup>. Notatu dignum est, quod Resinarienses in hac ipsa causa nunc de Possessorio et Restitutione, iam iam de Jure Bono agree velle observentur, in superioribus enim dicebant agree de Restitutione, hic autem de Bono Jure.

Nob absimiliter si Actio et Responsiones eorundem in anno 1752 tempore videlicet agitati Processus Territorialis factae, cum moderna eorundem allegazione conferantur; patebit ibidem recognoscere eosdem Jus ad Terrenum non habere, sed iuxta Decreti Tripartiti Partis 1<sup>ae</sup> Titulum 85 sufficiens sibi Terrenum dari debere allegasse, nunc autem Jus et Proprietatem praetendunt, ex quorum pariter collation nullitas acquisitionum et querelarum deserte satis patet:

Nudis vero solummodo verbis asseritur, quod Possessorium Excelsum Regium Gubernium in anno 1735 ex mera Relatione et Informatione Magistratus et non communicataa Cibiniensibus adjudicasset, quare haec assertion nuda, nuda etiam negation refellitur; nihil in contrarium operante collateralis et simplici eorum Inquisitione exposit in anno 1738 peracta; exhibita enim et iam iam adhuc exhibenda antiquae Cibiniensium documenta eaque radicalia contrarium probant. [98]

Ad 4<sup>tum</sup>. Conscriptionem anni 1700 velut talem, quae celebrate est in sublevamen Resinariensium, et quidem tunc, dum moderna Resinariensium praetensio, nec in minima mentis cogitatione fuit audita, ubique plus fidedignitatis habere debet quam simplices et collaterales Inquisitoriae sub duplici numero et titulo pro duplici proba exhibitae non authenticatae, adeoque in Jure naullae, quia illas et Mathiae Regis Remissionales et Excelsi Regii Gubernii sub octava Martii emanate Resolutio antiquae iam iam producendae confirmant metales.

Quod autem in Divi Andreae Regis Hyerosolimitani de anno 1223 emanatis Foundationalibus appositas metas attinet, ibi Territorii Resinariensium nulla habetur mentio, sed scribitur: „Versus Villam Reuchel”, non vero Territorium, sed neque hoc scribitur, quae sit illa Villa Ruchel, Resinarienses scribunt Resinár, sed sine proba, adeoque sine fide, quia quemadmodum nescitur, quae sit terra Boritnik in iisdem litteris mentionata, ita nec Reuchel scitur, sit Villa Resinár Rukor aut quanam? Et sic ex illis Foundationalibus Divi Andreae Regis nihil ad Territorium Resinariensium concludere potest, consequenter sine fundamento huc immiscetur.

Ad 5<sup>tum</sup>. Prout simpliciter a parte Resinariensium adseritur (Recognitionem eorundem ante hac Excelso Regio Gubernio porrectam ideo factam fuisse, quod Inquisitorias et Metales ad manus non habuissent), [99] ita etiam simpliciter negatur, siquidem ista exposition fuit, prout ex contextu patet, post Decisionem Causae eorundem Metalis et scire debuerunt, quid Inquisitoriae eorundem in sese continebant et, quia Iudicibus constans et perpetua infuit voluntas meram, veram et virgineam Justitiam administrare, ideo injustam et quaesitam Resinariensium petitionem adjudicare non potuerunt: sicuti enim justa causa semper est tuenda, ita injusta nunquam est admittenda.



Ad 6<sup>um</sup>. Modo tantum est excogitata illa qualificatoria Ratio, quod quicquid ab initio in Caseo et Vervecebus (iuxta productum Resinariensium) Consuli exsolverunt, id non Titulo Terragii, sed ductu Articuli anni 1548 fecissent. Cum ipsi Resinarienses nec existentiam illius Articuli sciverunt, prout neque modo sciunt, sed ob concessum ipsis Terrenum et Pascuum in recognitionem Juris solverunt, prout superius citati in collateralibus eorundem inquisitione Testes dare subinferunt et hujus assertionis veritatem probant.

1°. Antiquissimus ille ultra humanam memoriam vigens usus, quod in Domo ab antiquae ibidem exstructae Vervece transportarunt, postquam videlicet in Locis nunc actionatis Foenum congestum fuit et Cordum sive Silicidium, ut et pascuum Resinarienses precibus a Magistratu obtinuerunt ab antiquae [100] et hodie etiam ita exorare solent, id quod nec ipsi Resinarienses negare possunt. Probat 2°. factum Kis-Disznodiensium, qui pariter ab antiquissimis temporibus simile taxam persolvunt. Quoniam:

3°. Vineas quasdam in loco ad Territorium Cibiniense pertinent Tabellaeque Unilaterali per Ruhorienses exhibitae pro ipsorum Territorio incluso ipsi Incolae Kis-Disznodienses colunt et ab antiquae coluerunt, velut Promontorium in Territorio Cibiniensis existens, Decimas tamen velut ex Territorio Cibiniensi provenientes Clarissimo Domino Pastori Cibiniensi solvent, atque praestant. Mirari autem desuper nemo potest, quod in antiquis temporibus exiguum praestitissent taxam, quia 1°. Homines fuerunt pauci, Terrenum autem sufficiens, neque 2°. Ob turbolenta tempora tam curiose Terrena curari potuerunt; inde enim ab anno 1691-1697 Bellum cum Turca fuit continuatum, ab anno 1703-1711 Revolutio Rakotziana obstitit, in anno tandem 1715 usque 1718 rursus Bellum Turcicum impedit, anno 1719, atque 35 Lues pestifera grassare coepit et sic, si Cibinienses strictum in Territorio Jus eorundem exercere non potuerunt, sed Resinarienses, prouti [101] potuerunt, usum et fructum interea perceperunt; et quidem penes exigua Terragii recognitionem, iam nunc id, quod tempus et occasio secum ita tulerant, in argumentum trahere et ad quinquagesimam detorquere, cujus in Sedibus Saxonicalibus nullus unquam fuit usus, cum Articulus ille expresse sonet de Locis Comitatus nequitiam possunt.

Quibus ita praehabitis, etiam si Incausam attracti Cibinienses nihil in contrarium produxissent meriti, nissent et producerent, quia Actores Rosinarienses nihil aliud, nisi meras Scartetas per eosdem fabricatas et omni solemnitate destitutas, collaterales item et simplices Inquisitorias in obversum Legum et Ordinationum Regiarum produxissent, merito ab injuriosa eorundem criminatione cum exolvendorum exolutione absolvendi venirent: ut tamen nullas in querelarum, accusationum et criminationum una cum productis eorum magis in appricum prodeat; producant andreae Apostoli Domini JESU CHRISTI confirmatas et in Sententialibus Joannis Secundi Electi Hungariae Regis Remissionalibus de anno 1570 contentas praecipientibus, ut Partes utraeque in Congregatione Universitatis pro festo Sancti Georgii Martyris tunc venturi [102] Cibini celebrando universas Propositiones exinde simpliciter et de plano proponant et Congregatio duodecim grave set praestantes Viros de medio sui eligant, qui metas et Territoria litigiosa inter Cibinienses et Heltenses controversas tam in Alpibus quam infra in planicie revideant, discutiant, [Numero 966] atque terminent, sub Numero 966.

Secundo. Producent antiquas Transmissionales Processum ad tenorem praescripti Mandati Joannis II Regis de anno 1570 emanati in se continentes verificantes, qualiter Partes Heltenses quippe et Cibinienses allegando recognoverunt ab utrinque loca inter Helta et Cibinium controversa tunc etiam in Possessione Cibiniensium fuisse Pagumque seu Villam eo aedificatam fuisse, quae absque omni dubitationis alea Resinár esse debuit et revera fuit; estque de praesenti, ex his 1°. Quia, si ad tenores Metalium Territoria illa reamnulentia patebit hanc et non aliam esse ibidem Villam; 2°. Quia haec Villa et non alia iuxta productum etiam Resinariensium imperfectum Instrumentum vocatur Staderdorff; 3°. Quia nullam aliam Cibinienses in Territorio eorundem habent Villam et has Trans[Numero 1016]missionales producent sub Numero 1016.

Tertio. Producent de et super compositione, decisione et reambulatione controversiae metallis inter Heltenses et Cibinienses, [103] tunc vigentis de anno 1573 die 22<sup>da</sup> Mensis Aprilis ad ductum praexhibitarum anni 1372 Metalium superius sub Numero 966 productarum emanatas Litteras Metales easque anno eodem 1573 die 30<sup>ma</sup> Maii Tordae per Serenissimum quondam Transilvaniae Principem Stephanum Báthori confirmatas in pendenti sigillo docentes metas Territorii Pagi Helta alias Nag-Disznod terminari, atque in cacumine Alpium et Montium cum Territorio etiam Incolarum Szent Mihály Hegyes seu Kis-Disznod et Nagy-Disznod concentrari et hic sub Numero 1036 [Numero 1036].

Quae omnia in ipsis originali bus sic producta, si cum praeexhibitis Incausamtractorum Cibiniensium et Actorum Resinariensium productis conferantur, absque omni dubio eveniet praeproducta Cibiniensium esse vera, indubitata exercitumque Cibiniensium Possessorium, velut ab antiquo in Territorio ipsorum optimo fundamento supraedificatum; Praetensionem vero Resinariensium et innumeras accusationes, atque querelas in productis tantum Valachalibus Scartetis et simplicibus, atque collateralibus Inquisitoriis superstructas omni prorsus fundamento et veritate carere, sequaciter omnes Resinariensium querela set accusationes meras vexas et injurias infundatasque criminationes esse. Quocirca:

Praeviis ex rationibus, atque productis originali bus petunt humillime, sed a jure indebite vexati et accusati Cibinienses in antiquo ipsorum Territorii Possessorio, atque usu [104] de hac quoque lege, justitia et aequitate ita jubentibus gratiose manuteneri; ab indebita Resinariensium vexa, querela, atque criminatione cum omnium expensarum, ac fatigiorum refusioni bus poenaeque indebitae vexae absolvi, Litteras illas Valachicas, velut supposititias et fulminandas cum indorsatione praelucente §pho Instructionis precitato in Archivum, ut supra reponi iisdemque scienter utente set exhibentes ad Censuram Legis pungendo ordinari; ita et de Inquisitoriis collateralibus sub duplici titulo exhibitis reflecti et, nisi quid novi a parte Resinariensium, velut indebite Querulantium et Actorum Productum vel allegatum fuerit, gratioso et aequissimo Excelsi Regii Gubernii submittunt Judicio, de reliquo reservant et protestantur [?].

Pro Querelantibus Resinariensibus reponitur: Acta, Allegationes item, et Responsa praecedentia Processusque praesentis detention nullum absolute de praetensa morositate et objectata Criminatione Testimonium perhibent, enim vero reflectant Domini Querulati semet in sua duplica Pagina Processus 19<sup>a</sup> contra tran-

sumptum ex Archivo Magistratuali erga consuetam taxam exceptum continens in se Inquisitorio-Relatorias de anno 1738 confectas superiusque sub F. allegatas fundamento eo, quod Par illud nihil aliud in se contineret, nisi copiam Inquisitorio-Relatoriarum [105] anno precitato 1738 emanatarum Exceptionem formasse et opposuisse consequenterque, nisi originales producerentur, Instrumentum illud in Jure et Foro Contradictorio vim robativam haberet nullam, ex quo, ut obmota exceptio, seu difficultas tota, quanta removeatur et Benignae Instructionis Regio-Tabularis § 82 ad amussim respondeatur, pernecessarium erat de ipsius originali bus et aliis Inquisitoriis ad Expositionem Ingerentis Causarum Publico-Fiscalium Directoris Petri quippe Dobra emanati set ad praesentis Processus querulosi consolidationem deservientibus providere, quae, utut per tot Processus et Commissiones modernos inter litigantes celebratas deviatæ et aberratae fuissent; arduo admodum labore ex Archivis reinveniri, ac rehaberi poterant, consequenter etiam cursus Causae tantisperne ob defectum legalium et fidedignorum Documentorum indefense maneat, sisti debuit; ex quibus patet nullum Testimonium super praetensa morosi tate et objecta criminatione perhiberi, sed neque Querulantes morose et cri minatorie egerunt, uti in superiori bus diserte perhibetur, verum Jura sua et beneficia Libertatesque in praecedentibus specificæ, ac punctuatim recensita set a saeculis usque ad Tempora Joannis Szász ad annum 1701 viventis pacifice et imperturbate possessas, ab aevo autem praefati Joannis Szász spoliari copta, ac [106] subsequenter anno 1735 et successivis oer Querulorum potentiam, ac injuriam penitus, ac simpliciter ademptas, Processu hoc legali viaque ab Imperatoria Sua Majestate altissime praescripta revindicare intendunt, atque, u tea omnia, quibus praeter omnem justî Aequique rationem, ac viam spoliati sunt, uberius consolidare queant, antequam ad responsionem Querelatorum suas adornarent responsiones, praemissa tamen nunc pro semper solemni Protestatione ad disputationem Juris radicalis, velut ad Fiscum solum Regium spectantis condescendisse et naturam Processus querulosi de spolio tantum suscitati cum Processu Boni Juris confundere videantur, ac subsummi unquam possint.

Ad observationem reponunt in sequentibus: Resinarienses in praesenti Processu iuxta Benignum Decretum Regium de 30 Mensis Ianuarii anni 1782 emanatum plures causas involvere nolunt. Nam:

Ad 1<sup>um</sup>. Causam hanc spoliî seu restitutionis penes Processum Reconventionis querulosum ex eo fundamento instituerunt, quod, licet Benignum Decretum supra citatum, querulatum, Magistratum eo inviasset, ut praetensum quaecunque erga Resinár Jus comprobet, praelaudatus tamen Magistratus in conformitate altissimi Decreti Regii morositate ductus, nihil movere voluit, [107] et consequenter praetensum Jus probare neglexit, et hinc miseri Resinarenses.

Ad 2<sup>um</sup>. Non Causam Territorialem, sed ad Ductum Legis Aprobatarum Partis 3<sup>ae</sup> Tituli 8<sup>vi</sup> Articuli 1<sup>mi</sup> Processum Querulosum ad restitutionem sui integrum intuitu nempe Jurium suorum, Libertatum, Beneficiorum per querulatum Magistratum potentia mediante ademptarum instituit taliterque in integrum se restituendum postulavit, quemadmodum Actio contra Querulatos erecta ubertim re pandit. Et hinc:

Ad 3<sup>ium</sup>. Quia Magistratus Jus suum erga Resinár praetensum iuxta mentem altefacti Decreti Regii suo consueto Processu comprobare detrectasset, ideo

Resinarienses, ut Benigno Decreto Regio satisfiat hoc responderunt ad producta Incausam attractorum, quod erat respondendum et quod ad naturam hujus Processus Querulosi pertinebat, atque adeo Quaestione boni et radicalis Juris ad suum competentem Processum reservata, ex quo ne toties ea, quae in superiori bus satis clare enucleata soliodeque comprobata habentur, recoquantur, quoad 1<sup>mum</sup> et 2<sup>dum</sup>. Suis superioribus firmissime inhaerendo petunt, ut supra sui in integrum restitutionem tanto a validi ori, quod Querulantes Resinarienses enumerato rum in 23 punctis Jurium et Libertatum ad sui [108] spoliationem usque pacifico et imperturbato Possessorio praefuisse edocuerint evincenti bus hoc ipsum praeallegatis Inquisitorio-Relatoriis. Quod autem a 4 Rhenensibus Florenis capitatim singuli adjectis singulis Rhenensibus Florenis 20 Cruciferis taxati sint, hoc tam ex producto sub Numero 1234, quam vero ex summario extractu sub A.G. superius allegato perspicue patet. Porro:

Quod exhibitas sub B.G.C. 4 F et B.F. concernit Inquisitorias certum est illas pro Resinariensibus ita allegari, ut omnibus numeris a Lege requisitis absolutas, adeoque omni exceptione majores, nec obstat objectio illa, quod ante contestatam Litem peractae et nunquam authenticatae sint consequenterque in Jure et Foro Contradictorio plenam vim probandi non haberent, quia 1<sup>o</sup> Lis et Controversia a tot annis inter Partes Collitigantes vigens secum ferebat, ut ante contestatam modernam etiam Litem iis demuterentur et, quia Controversia in praesentiarum usque sopita haud esset, hinc easdem reproducere nec Leges, nec Praxis Judiciaria vetant, quin immo res ipsa exigit; consequenterque objectio illa per se evanescit. Sed nec 2<sup>o</sup>. Quia Inquisitoriae praeallegatae Benignam Instructionem Regio-Tabularem, quae 6 Augusti 1777 pro Cynosura altissime praescripta Typpisque demandata est, praecesserunt et sequaciter, licet allegatus §<sup>phus</sup> 83 praecitatae Instructionis Regio-Tabularis praescriberet, ut in Inquisitoriis Instructionem praecedentibus contenti Testes, qui in vivis adhuc [109] essent, authenticandi venirent, qui vero pro mortuis praetenduntur, eos revera mortem obiisse probandum esset, nihilominus tamen, quia valida praesumptione Juris praesumeretur, grandaevos ejus temporis Testes iam nunc superstites haud esse, hinc nulla videtur ratio, cur illi authenticentur, liquide morte suas Fassiones revera authenticaverint. Quod denique recentiores de annis 1776 et 1777 emanatas attinet, nec illi videntur, qui ex illis quoque multi grandaevi, ut ut senes e vivis decesserunt et ii quoque Fassiones suas morte authenticarunt; si qui autem eorundem adhuc, dum superstites essent, illi pariter ob miserrimum statum Resinariensium, ut ut dispersim et dissite habitantes, nonnisi sumptuosis expensis authenticari possent, iam vero status Resinariensium ad incitas redactus vix, ac ne vix quidem suplere valet, sed nec videntur esse necessaria, liquide in praecitatis antiquioribus Inquisitoriis Testes numerosissimi de iisdem propositis objectis carissime et conformi tenore fateantur, quorum fassiones ad plenam fidem alioquin sufficiunt: Interim tamen in casum, quo ne fors superfluo rum quoque Testium, si qui in vivis esse indigitarentur, necessaria fore coram Jure videretur, alto Excelsi Regii Gubernii Judicio authenticatio eorum relinquitur. Petunt itaque praeexhibitae Inquisitorio-Relatorias, velut omnibus numeri set a Lege requisitis solemnitatibus absolutas et expeditas adeoque omni [110] exceptione majores (cassara otiosa Qurelatorum exceptione) acceptari, vel ex eo a fortiori argumento, quod Testes in citatis Inquisi-

toris Relatoriis contenti Fassiones suas morte authenticaverint, praeterea, quod non semplice auditum (ut objectatur) ex rumore per Resinarienses sparso verum evidentem ceritudinem ex praehabita scientia hausta fere omnes fateri dignoscantur, quod ex Inquisitoriis easdem legenti et pervestiganti ad plenissimam usque convictionem patescet. Ex hinc:

Nec expressa illa Notatio quidquam Incausam attractis patrocinator, quod binae Inquisitoriae sub diversis signis, utpote B.G. et C.4 F. per Querulantes exhibeantur, quia illae, etsi de eodem anno, die per eosdem Regios confectae et emanatae perhibeantur, si tamen accurati ori indagine perlustrentur, evidenter comperietur in priori bus sub B.G. 93 duntaxat fatentes, in posteriori bus vero 134 circa Numerum Testium longa est differentia et consequenter, quod Testes sub B.G. fateri nequiverunt, hoc reliqui sub C. 4 T. supleverunt, nec obstat, quod priores ad Expositionem Magnifici quondam Domini Directoris Fiscalis Petri Dobra emanaverint, quia superflua cautela non nocet, ex quo nullum factum illicitum sequitur, neque ad [111] deviationem Partis alterius, atque Judicum productae sunt, sed ad uberiores probationem et Judicum convictionem, consequenter non rejectionem, verum assumptionem et discussionem promerentur judicalem, prout petunt etiam judiciariae discussioni subijci et acceptari. Unde:

Ad 3<sup>tium</sup>. Quod aliefato Mandato Regio de anno 1752 emanato non dum satisfactum fuisset, hoc in superiori bus satis solide et perspicue comprobatum praevideturque esse indubium est; inhaerent itaque Resinarienses iisdem nunc quoque et porro nec in ea parte culpari possunt, quod Deliberatum Inclytae Universitatis anno 1753 4<sup>ta</sup> Decembris latum et non dum revisum penes recursum et mandatum promotorium Augustae Aulae pro suprema Decisione non deduxissent, quia certum est illud nec ad Litteras Praeceptorias, nec ad Gratosas Excelsi Regii Gubernii Ordines, neque ad Benignum de anno 1752 exaratum Rescriptum Regium Augustae Aulae desuper ulterius resoluturae cum Actis et Documentis substernatur, ex quo sequitur Recursui et Decreto Promotorio locum fuisse nullum et, cum Verba Regia sancta sint, [112] iisdem homagiali cum subiectione obtemperandum promptemque et zelose satisfaciendum venisset consequenterque tota, quanta controversia iam pridem ad optatam coronidem deducta plenumque sortita fuisset complementum, ex quibus perspicue deducitur in Resinarienses nullam culpam redundare posse non obstante etiam Municipali Lege Statutorum Libri 1<sup>mi</sup> Tituli 11<sup>mi</sup> § 8<sup>vi</sup> tenore cujus Appellatio denegata est, vel ex eo etiam, quod testante Privilegio Andreano in verbis: „Ipsos nullus Iudices, nisi Nos, vel Comes Cibiniensis, quem Nos eis loco et tempore constituemus” Regia Majestas Causarum in Fundo Regio semet exercentium iudicandi potestatem sibi specialiter reservaverit, adeoque in derogamen Privilegii Regiaeque autoritatis et potestatis praelucente Decreti Tripartiti Partis 3 Tituli 2 Constitutionem Universitas Inclytae Nationis facere nequiverit factaque ipso Jure irrita reddita sit, tanto quidem magis, quod eadem per successores Reges Hungariae nec approbata, neque unquam in ea Parte tanquam praejudiciosa confirmata fuerit. 2°. Quod Sua Majestas Sacratissima non modo iteratas Benignis suis Rescriptis Regiis ad Inclytos Status et Ordines hujus Principatus ante emanationem novellaris articuli anni 1757 signanter 2<sup>di</sup> exaratis clementer usseri, immo Divus quoque Leopoldus [113] Imperator tenore Diplomatis sui Regii anno 1693 24 Maii clementer

statuerit, ut universae causae et Foris Judicialibus (demptis Criminalibus et Juramento Actoreae Partis terminatis) cum plenitudine Actorum transmittantur. Patet itaque tam ex praemissis quam etiam Benigno Rescripto Regio 26<sup>ta</sup> Octobris anno 1752 emanato Causam illam Metalem transmissibilem fuisse et debuisset. Ex quibus constat ultronee:

Ad 1<sup>mum</sup> et 2<sup>dum</sup>. Resinarienses in forma Juris ligati praeclusos fuisse et neque Determinationem seu Regio-Gubernialem, respectu cujus in superiori bus satis clare responsum est, seu Inclytae Universitatis equide (uti objicitur terminis injuriosis taxasse) verum Causae illius statum, prout se habuit in veritate declamasse et exposuisse, ex quo, quia termini non essent, neque perhiberentur esse injuriosi, adeoque nec judicialem expunctionem merentur. Unde:

Ad 3<sup>tium</sup> et 4<sup>tum</sup>. Quia in superioribus satis fundate responsum esset, nunc quoque eisdem inhaerent, consequenter:

Ad 5<sup>tum</sup>. Quia respect quoque Decisionis Gubernialis in anno 1777 factae in superioribus, ita etiam intuit Valachorum pecuariorum et pecorariorum aequae advocacy et affidavitionem Regiarum Majestatum ad [114] haec confinia vocatorum, ac implantatorum, quemadmodum Uladislai II Decreti in Anno 1495 emanati Articulus 45 clare impavideque perhibet, in superioribus satis solide responsum esset, ideo iisdem nunc quoque firmissime insistendo tanto etiam magis, quod citatus Articulus 45 Uladislai Decreti recte de Valachis Transilvanis Fundo Regio illocatis sonaret, petunt, ut supra; negant porro Rosinarienses, quod inde a Szász Város usque ad Civitatem Brasso ubique in finibus Regni locisque subalpestribus plurimum et mixtim cum Valachis Saxones habitarent, nam publica evincitur notorietate et ipsa Experientia Magistra docetur in Possessionibus Resinár, Popláka, Gurareul, Ledeg Szelystiensi (ubi tot numerantur Villae Regales) meros Valachos absque ulla intermixtione Saxonum habitare, ita etiam in aliis compluribus Possessionibus confinariis, hic brevitatis causa haud enumeratis. Unde nec Approbatarum Articulus per Querulatos citatus quidquam iisdem opitulari potest, nam, etsi Valachi inter status non connumerentur, sed tantum pro tolleratis accipiantur, hoc ad praesentis causae objectum parum et respective nihil conducit, immo nec horsum pertinent, satis est eosdem per Regias Majestates ob Bonum Publicum ad loca confinia sub assecuratione erga praestandorum praestationem Regiae Majestati competentem vocatos et illocatos esse haberique, perinde etiam de praesenti pro Incolis et Inhabitoribus Fundi Regii, de quibus etiam in Andreano Privilegio mentio habetur, ut cum novis Hospitibus commune Jus Incolatus et Beneficii habeant, ex quibus patet Dominos Querulatos nullum Jus Dominale nullamque [115] Jurisdictionem Dominalem seu Personalem, sive realem erga Resinarienses eorumque Territorium habere, tanto minus cum oppression eorundem exercere posse, de ejusmodi Jure Resinarienses inter et Querulatos, velut Fisci Regii Haereditatem incolentes nulla hic quaestio subversari potest, cum illa ad proprietarium pertineat naturaeque insuper Processus Querulosi adversetur. Quod porro Metales Litteras Valachales attinet, quamvis Querulati easdem nec ad extrinsecam, nec ad intrinsecam solemnitatem stare posse praetenderent, et hoc ex sequentibus objectionibus ostendere niterentur:

1°. Quod anno 1488 non Valachicis characteribus, verum Graecis usi fuissent.

2°. Quod non essent per Homines Vajvodales, Capitulares, aut vero ordinarios Regni Iudices scriptae, verum per Popas Resinarienses in Resinár aut alibi fabricatae. Perinde:

3<sup>io</sup>. Quod sigilli alicujus mentio aut apposition, vel vero vestigium non appareat. Et:

4<sup>to</sup>. Quod Papyrus illa non illam indicare et redolere videtur faciem et aetatem, de qua scribitur, cum esset nova, ut ut illinita, fumigata et maculata.

5<sup>to</sup>. Quod, quamvis illinitae, fumigatae, studiose tamen maculatae et scallidae redditae essente t hoc inde inducere niterentur, quod Parts superior haberet insigne Gentilitium Illustris Familiae Comitum de [116] Bethlen, hoc est Serpentem, adeoque ex Fabrica Bethleniana in Bogat circa annum 1742 erecta prodiisset, porro, quod Papyrus illa longe et multo junior esset, re in eadem Papyro exposita, in quorum asserto rum probam:

6<sup>to</sup>. Exhibent Papyrum ex praeattacta fabrica sub Numero 7° et 8° productam, ex quo concludunt productarum Litterarum Metalium illegalem et illecita aquisitionem. Et quidem:

7°. Quod per Valachicos Popas iuxta productum sub Numero 1234 exhibitum Tabellis Tributariis anno 1754/5 illatos confectae essent.

8°. Quod papyrus nomen Fundatricis Molae tribus litteris GBK significantibus Groff Bethlen Kata repanderet: Porro, quod Possessorio ad manus Domini Comitum Volfgangi de Bethlen devoluto ipse circumferentiam Serpentis aliquantum mutaverit ipsumque Serpentem in majori forma exprimi curaverit cum nominis officique sui additione in 4 litteris GBFG significantibus Groff Bethlen Farkas Generalis; iuxta productum sub Numero 7° hoc ipsum faciente Domino Comite Emerico de Bethlen fratre suo fatis cedente, ut pateret sub Numero 9°. Porro:

9°. Quod stylus iam veteris, iam praesentis saeculi intrinsecam solemnitatem invalidam redder.

Praeterea:

10°. Quod tempore Regis Attilae nullae Litterae Metales extiterint. [117]

11°. Quod tempore Mathiae Regis stylus „Altefacta Majestas Rex Mathias” in usu non fuerit, verum „Sua Regia Majestas”.

12°. Quod Mathias Rex Resinariensibus Territorium excindi ampliarique curasset, et quidem elevatis signis, sed per quos Regios aut Iudices Ordinarios, hoc non constaret. Denique:

13°. Quod annotate termini et signa metalia ibidem apposite antiquis Litteris Metalibus in originalibus producendis convenirent et alia similia indicia fidedignitatem illius diminuentia. Ex quibus concludunt:

1°. Metalles illas informes, insolennes et illegales nomenque Metalium haud mereri, adeoque Instrumentum, ut ut requisitis de lege solemnitatibus destitutum, perque Resinarienses scriptum in Iudicio nec fidem, nec attentionem mereri, neque vim probativam habere.

2°. Eisdem illegaliter et nequitiose esse confectas, adeoque ductu Instructionis Regio Tabularis § 80 cum indorsatione in Archivum Regio Guberniale reponendas, iisdem scienter utentes publicae Actioni subjiendos esse, cum similes non Fiscalem Assistentiam, sed ejus prosecutionem promereantur, Instructione etiam

Domino Directori data hoc ipsum iubente, cui Incausam attracti semet referunt: Ad quas Querulorum quaestiones in praeenumeratis punctis [118] complexas Resinarienses summariter reponunt, et quidem:

Ad 1<sup>um</sup>. Historica fide certum esse Valachos a Romanis oriundos sub Trajano Imperatore in Valachiam et Moldaviam venisse; constare porro eosdem in istis Ditionibus per Orientalem quendam Episcopum Nicetam ad fidem Christianam Graeco Ritu professam in iisdem locis conversos extitisse, constare adhuc e precitato Uladislai II Decreti in anno 1495 emanati Articulo 45 Valachos in Transylvaniae confinia per Divos Hungariae Reges sub assecuratione Regia vocatos, ibidem protectos esse, ex quibus sequitur aevo illo non Graecis, verum Valachicis Characteribus uti debuisse. Unde asserum Querulorum tanquam nudum et nulla proba suffultum simplici etiam negatione refellitur.

Ad 2<sup>um</sup>. Licet per Homines Vajvodales, Capitulares, aut Ordinarios Regni Iudices scriptae non habeantur, per hoc tamen pro simplici Scarteta reputari non posset, cum praesertim illo aevo inter Valachos, ut rudes praescriptae solemnitates in usu non fuerint; hoc autem:

Ad 3<sup>um</sup>. Quod sigilli appensione careant, nihil huc facit, quia Valachi illa tempestate sigillis non utebantur, immo moderna etiam aetate, ut experientia quotidiana experimur raro admodum Valachos inter praesertim Valachicis characteribus [119] expedita litteralia instrumenta sigillorum appensione roborata inveniuntur et leguntur, unde, quod sigillorum appositione et vestigio destituantur, ex eo Metales illae tanquam antiquae pro Instrumento invalid accipi nequeunt, sed neque:

Ad 4<sup>um</sup>. Papyrus illa, cui inscriptae tam nova est, uti Querulati objiciunt, quia, si altiori indagine perlustrentur, patescet easdem redolere faciem et indicare aetatem antiquissimam. Unde:

Ad 5<sup>um</sup>. Quod eaedem illinitae, fumigatae, ac studiose maculatae et squallidae redditae essent, hoc tantum nude asseritur, sed neutiquam probatori, nam, licet insigne Gentilitium Illustris Familiae Comitum de Bethlen, hoc est Serpens praetendatur, iisdem expressus esse et aliquantulum forma ejusdem non tamen adaequate et perspicue apparere videatur, ex hoc tamen plenissimam Judicium convictionem induci equità, quod Papyrus illa e fabrica circa annum 1742 in Bogát erecta prodisset, enim vero non modo Historica fide, verum publica etiam notorie tate constat Illustrem Comitum Familiam Bethlen a multis iam retroactis saeculis florere et consequenter aliam etiam fabricam Papyraceam praeter Bogatiensem habere potuisse et consequenter Papyrus illam ex illa productam fuisse, aut vero exteris Regnis vel Provinciis (in quibus iam circa annum 1400 Papyrus conficiebatur) procuratam esse sequaciterque iisdem Valachales Metales illas superscriptas expeditasque fuisse, nec hoc obstat, quod Insigne Gentilitium Serpentem in se complectatur, adeoque recte plaudatae Illustris Comitum Familiae de Bethlen esset, quia Serpentem aliae etiam [120] Illustre set Inclytae Familiae in exteris Ditionibus pro Insigni suo habent, consequenter argumentum ex fabrica Bogatiensi desumptum Metales illas invalidare non potest. Et hinc:

Ad 6<sup>um</sup>. Nec Papyrus sub Numeris 7<sup>o</sup> et 8<sup>o</sup> ex fabrica Bethleniana exhibita cum Metalibus illis conciliari potest, nam si exactius confrontentur, patescet Metales durioni et crassioris, Papyrus vero sub Numeris praespecificatis exhibitam subtili-



oris Massae esse; ex quibus productarum Litterarum Metalium illegalis et illicita aquisitio neutiquam patescit; tanto magis, quod nulla evidential proba comprobetur Papyrus illam studiose commaculatam, illinitam, fumigatam et corruptam esse, siquidem antiquitas ipsa easdem squallidas et fumigates reddidisset.

Ad 7<sup>mum</sup>. Nec hoc obstat, quod inter annotatos ad istas Litteras Valachicos Popas in citata Tabella Contributionali anni 1754/5 tres Popae, utpote Popa Jákob, Popa Vaszilia et Popa Petru nominanter continerentur, quia ejus nominis Popae illo etiam aevo, quo Metales emanatae fuerunt vixerunt, quemadmodum subscriptiones eorundem perhibent, accedit, quod praeter praementionatos Parochos alii etiam Parochi, utpote Popa Josziv, Petrinczi din szusz dgve Beszerike Popa Szaim, Popa Manaszie, Petrucza Junc et alii complures seniors, ut legenti patescit, subscripserunt, iam vero, quod anno 1488 praescripti Popae, utpote: Jákob, Vaszilie et Petru vixerint, hoc eorundem subscriptionis satis [121] lucide testantur, adeoque uberiori probae locus videtur esse nullus. Hinc:

Ad 8<sup>um</sup>. Neque litterae illae GBK, hoc est Groff Bethlen Kata et GBFG, hoc est Groff Bethlen Farkas Generalis evincunt Metalles illas Valachales ad Papyrus ex fabrica Bethleniaana circa Annum 1742 in Bogat erecta productam inscriptas esse, enim vero litterae illae ex eadem Papyro lucide et adequate erui, ac dignosci non possint, sed mera conjectura est et praesumptio, quae in Jure opitulantur nihil. Immo nec productum sub Numero 9<sup>o</sup> contra allegatas Metales aliquam probam inducere potest, quia Papyrus haec non ex illa fabrica prodixit, ex qua Metales illae antiquae, uti in superioribus demonstratum est. Consequenter:

Ad 9<sup>mum</sup>. Qualitercunque stylus consideretur, ille confusus esse haud dignoscitur, ergo nec intrinseca solemnitas impugnat ipotest, tanto magis, quia Valachi tanquam rudes, impoliti et litteris parum admodum exculi Stylum veteris et praesentis saeculi non ita, uti aliae Nationes excultae observarunt, sed prout naturalis eorundem prudentia suggessit, ita etiam stylum imitati sunt.

Ad 10<sup>mum</sup>. Non continetur in Metalibus eas sub Attila confectas esse, sed in solum iuxta traditionem vulgarem incidisse, quod eadem signa metallia, iuxta quae continuum usum Territoriorum habuerunt a temporibus Attilae superexstitissent continuoque usu roborata fuissent, quod utique praehabito pacifico Possessorio aliunde satis comprobato, nihil afficit. [122]

Ad 11<sup>mum</sup>. Qualitercunque compelletur Mathias Rex in Litteris illis anno 1488 emanatis, hoc plane nihil illis litteris Valachicis officit, quia valachi stylo et termino, ut superiori bus etiam attactum est, non ea modalitate, prout apud eruditas et excultas Nationes usu venit uti sunt, neque nunc utuntur, sed prout ad Buccam venit, ita etiam stylos et terminos metiuntur.

Ad 12<sup>mum</sup>. Quod Rex Mathias Resinariensibus Territorium excindi et ampliari elevatis signis curasset, hoc litterae allegatae perhibent et licet Regii vel Judices Ordinarii in illis non scribantur, per hoc litterae illae.

Ad 13<sup>tium</sup>. Vel ex eo etiam, quod signa metalia iuxta praehabitu usum distinctim indigarent, non possunt pro Scarteta reputari, quia illo aevo iis solemnitatibus et requisitis, quibus successu temporis uti coeperunt Metalesque expediverunt, non utebantur consequenterque, si ejus temporis circumstantiae considerent, Metalles illae non possunt pro informibus, insolemnibus et illegalibus censi, sed ex omni parte

acceptari vel ex eo etiam, quod debito modo et legaliter iuxta Valachorum morem et stylum expeditae sint. Caeterum:

Resinarienses notari petunt, quod in praesenti Processu solum de facto spoli, de quo nulla hucusque facta fuit decisio, tanto minus de repositione in integrum agatur, ergo, etiamsi Litterae illae Valachicae Metales questioni [123] legali suo loco et tempore obmovendae subesse possent, quia tamen hic pro Informatione solum Excelsi Regii Gubernii, non vero pro discussione exhibitae sint, discussis enim validitatis vel invaliditatis Documentorum de jure sonantium ad hunc Processum Querulosum neutiquam pertinet. Et alias etiam Resinariensium Possessorium, ex quo via facti deturbati sunt, intra terminos in his Valachicis Metalibus designatos prae habitum fuisse, ipsa publica notorie tate constat, consequenter, cum de jure radicali hic quaestio nulla esse possit; etiamsi hae Metales ad Possessorii extensionem comprobendam exhibitae non attenderentur, sufficit pro Resinariensibus illud authenticis Inquisitorio-Relatoriis satis superque edoctum et comprobatum esse, nec proinde Metalium disputationem ad objectum hujus Querulosi Processus pertinere. Petunt itaque de facto spoli seu de sui restitutione in integrum Gratosum Judicium impendi sibi Juris Aequitatem et Justitiae Complementum elargiri. Interea tamen, ne Querulorum Responsione set producta, quibus non ad facti, sed Boni Juris disquisitionem comprobandum uti intendunt; silentio preterire et iisdem consentire videantur, hinc ad ea cum reiterata Protestatione, ne contra naturam hujus Querulosi Processus ad Boni Juris disputationem condescendisse subsummi possint, ex superabundanti solum, et pro ulteriori [124] Informatione Resinarienses respondent, et quidem:

Ad 2<sup>dum</sup>. Litterae Mathiae Regis de anno 1467 emanatae, etsi nunc in ipsis originalibus [Numero 653] sub Numero 653 exhibeantur, in illis tamen Querulati nullum absolute Praesidium praesertim hoc Processu locare possunt, quemadmodum in superiori bus paginis 45 et 46 solidissime demonstratum habetur et ideo, ne toties ea recapitulentur, hinc denuo iisdem fermissime inhaerent negando rotunde et de plano Possessionem Resinár in Territorio Civitatis Cibiniensis esse, quomodo in superioribus ad evidentiam edoctum comprobatumque sit Villam Regalem Resinár distinctum a Civitate Cibiniensi Territorium habere illudque inde a saeculis usque ad potentiosam per Querulatos factam occupationem pacifice et inperturbate possedesse et usuasse. Unde:

Ad 3<sup>tium</sup>. Negatur et illud simpliciter, quod Resinarienses in praesenti Processu Queruloso de Bono Jure agant, nam si levata Actio et comitanter factae Allegationes perlustrabuntur, patescet evidenter Resinarienses de facto spoli (super quo nulla in praesentia decisio facta fuit) egisse, nec Actio et Responsiones in anno 1752, tempore videlicet agitati Processus Territorialis factae, huc detorqueri possunt, quia Processus hic longe distinctus est ab illo alterique innititur basi et fundamento. Nam in illo plane praeclusi fuerunt, quum iuxta Regium Rescriptum superius allegatum Processus ille Suae Majestati [125] Sacratissimae desuper ulterius resolutionis submissus haud extiterit. Adeoque ex illo Processu petitum argumentum non nisi ad praesentis Causae Querulosae seu de facto subversantis confusionem et in Labyrinthum deductionem adducitur, petunt itaque illud, velut huc non pertinens, nec attendi. Porro:

Negatur et illud, quod nudis verbis asseretur Possessorium Excelsum Regium Gubernium in anno 1735 ex mera Relatione et Informatione Magistratus cum Resinariensibus haud comunicata, Cibiniensibus adjudicasset, in hujus sequelam provocant semet Resinarienses ad praeexhibitas Inquisitorio-Relatorias omni solemnitate expeditas, ex quibus patet Possessorium non via legali, sed mera ex Informatione Magistratus cum Resinariensibus non comunicata Cibiniensibus adjudicatum esse. Nam si Relatio et Informatio Magistratus cum Resinariensibus comunicata extitisset, profecto Inquisitorio-Relatoriis immediate conficiendis Possessorium ad se pertinere comprobassent, quemadmodum etiam nunc in anno 1738 rite, ac legaliter confectis docent et probant. Et hinc:

Ad 4<sup>um</sup>, 5<sup>um</sup> et 6<sup>um</sup>. Quia in superioribus satis fundate et solide Resinarienses respondissent, hinc, ne ad tergiversantes subterfugas et studiose excogitates Querulatum Allegationes longa serie factas scriptitationes cum taedio Judicum multiplicent, iisdem nunc quoque firmissime insistent, tanto etiam fortiori ex argumento, quod Fundationales Divi Andreae Regis in anno 1223 emanatae superiusque allegatae perhibeant diserte Metam Territorialem Villae Hermanni (postea Civitatis Cibiniensis) [126] Territorio Possessionis Ruschel (Reschinár) contradistinguui et non Rukor, quae caeteroquin aliquot milliaribus Cibinio distat consequenterque Territorium ejusdem cum Cibiniensi conciliari nequit. Et quia producta Querulatum sub Numeris 966, item 1016, denique 1036 sub Positionibus Primo, Secundo et Tertio in ipsis Originalibus exhibita, non de facto spoli (cujus fundamentum praesentis acquisitionis est et de quo hactenus nulla decisio subsecuta fuit) sonarent, verum de Bono Jure, de quo hic nulla subversatur quaestio loquerentur, cupiunt eadem nec assummi, sed Querulatos respectu hujus Quaestionis, alioquin in Bono Jure fundatae, (de quo hic non agitur) ad suum competens Forum et Processum ductu etiam Benignae Instructionis Regio-Tabularis § 43, Benigni item Decreti Regii de 30 Ianuarii anni currentis 1782 clementissime emanatae relegari, tanto a validiori, quod, cum in primordio Litis iuxta alte factum Benignum Decretum illud facere, quod debebant neglexissent, nunc citra praevaricationis poenam iuxta praecitatum altelefati Decreti quoque Regii sensus sit, ut spoliati primum et ante omnia in integrum restituantur, ac tandem praelaudatus Magistratus Jus suum erga Rosinarienses consueto Processu extra Dominium quaerere debeat; diversae autem naturae duo Processus contra receptam Praxim et apertas Leges confundi nequeant; accredit, quod, quamvis Resinarienses fundamentales excipiendi et contendendi haberent rationes contra Transmissionales ad Rescriptum, ut allegatur, Joannis II anno 1572 emanatas, ex hoc, quia [127] pia memoriae Joannes II in anno 1572 nullum dare potuerit Mandatum seu Decretum eo, quod in anno 1571 iam non tantum fatis functus, sed et humi sepultus extitisset, nihilominus tamen de iis pro hic et nunc velut non ad Processum modernum pertinentibus praescindunt. Et porro:

Quia Resinarienses edocuissent, quod Querulati, velut alioquin ad Territoria Resinariensia nullum Privatum Privativumque et Querulantes Exclusivum Jus habentes suum praehabitu Possessorium non edocuerint, contra vero Resinarienses in pacifico et imperturbato Possessorio Territoriorum suorum a saeculis praeextitisse seque successive via solum facti adeoque potentiose Juribus et Beneficiis Libertatibusque per Querulatos spoliatos privatosque esse sufficienter conprobassent; ideo

petunt perdemisse eadem Territoria ispis more ad annum 1735 usitato, modo quoque erga solvendam de iis quinquagesimam pendendamque Contributionem Regiam cum omnium cessantium emolumentorum et emersorum damnorum desumptarumque ab anno 1735 Pascui et Agrorum Taxarum et aliorum emolumentorum, ut et Proventuum Educillarium compensationibus restituenda judicari taliterque semet in integrum restitui, ac reponi exequendorumque Executionem decerni. Gratoso Excelsi Regii Gubernii Iudicio Causam perdemisse substernentes; ea tamen cum demissa declaratione, quod, licet iuxta mentem Benignae Instructionis Regio-Tabularis ultra [128] Quadruplicam progredi integrum non esset, nihilominus tamen, si Domini Querulati contra dictamen toties allegatae Benignae Instructionis Regio-Tabularis signanter § 43 aliquid novi adhuc producerent, hinc in ea parte respondentes protestantur.

Pro Incausam attractis missis illis omnibus ob brevitatem temporis, quae ad Causae meritum non spectant, hinc et inde collectis nudis allegationibus iteratorie prolatis, observant solum illa, quae modo noviter proferuntur, et quidem:

1°. In moderna allegatione observare licet, quod ipsimet Resinarienses recognoscant Suam Maiestatem Sacratissimam Benigno suo Mandato, super quo haec Causa fundamentum coepit, hoc jusisse, ut Querulatus Magistratus praetensum quaecunque Jus erga Resinár comprobet, si ita ergo de Bono Jure producto respondeat, ne vero iuxta Confessionem suam inferius factam imaginariam absque omni fundamento restitutionem urgeat; et hoc quidem contra prius suum assertum folio 46 punncto 1° in verbis: „Non autem de Bono Jure, de quo nunc agitur”, quid satis volunt: quis procedendi modus; dum Querulatus Magistratus ad producendum compellitur, hic allegatur non agere de Bono Jure, ibi vero folio 46 nunc agere de Bono Jure. Unde nihil aliud, nisi id ipsum concludi potest, quod nescient Resinarienses, vel ipsi, ubi pedem figere possint.

2°. Gratis sese referent Resinarienses in criminatione illa, quod Magistratus 4 Rhenense Florenos desumpsisset ad productum sub Numero 1234, ibi [129] enim non 4, sed tres Floreni scribuntur, in citatis vero Inquisitoriis nulla hujus noviter adinventae imputationis mentio.

3°. Quod Testium Authentications et Collaterales Inquisitorias, si dicunt Resinarienses Testes anni 1738 mortem obiisse probent; sed non fuerunt mortui Testes anni 1776 et 1777, qui tempore Extraditionis et Publicationis Beatae Instructionis adjurati sunt eodem anno omnes, illos ergo intra anniversarium authenticari facere debebant: elapso enim Anniversario authenticationis etiam facultas iuxta eundem § 83 elapsa est; sed et Kiltonits Capite 7 Quaestione 7 de Collaterali Inquisitione scribit: „Quod sit, incertae alicujus rei, priusquam ad Judicium venire, pro Exponentis tantum informatione necessaria exploratio”, sed et alias, cum sint contra antiquae Querulatum Incausam attractorum Litteralia Instrumenta, nulla est ratio, cur tam longa serie eorum tam intrinsecus quam extrinsecus inexcusabilis error et invaliditas contra tot tantasque Leges, Benignas Ordinationes, antiquae urem Litteralia Instrumenta, immo contra evidentiam urgeatur, praesertim in duplici exemplo, ex eo, quod in illarum altera plus Testes inveniantur quam in alia; nam hoc etiam ideo factum fuisse Querulati allegiant, ne identitas eorundem cognosci posit, sed per hoc pro diversis subsummat Documentis, quod tamen admitti non potest.

Quod autem a parte Resinariensium contra Statutorum Libri 1 Tituli 11 § 8 allegantur, non est hoc commissum Resinariensibus, ut [130] ipsi Legem receptae Nationis confirmatam, vel non confirmatam vellirent; coeterum gratis dicit statuta in eodem Articulo confirmata non esse, nam absque ulla Exceptione ab omnibus regnantibus Principibus ipsa statuta in omnibus punctis et clausulis confirmata esse, ipsa confirmatio legenti testatur. Coeterum haec tota allegatio nihil ad modernam facit quaestionem.

Quod autem citatum Articulum 45 Uladislai II 1495 attinet, allegant quidem ex illis multa Resinarienses, sed omnia in obversum Legum Municipalium Inclyti hujus Principatus; post separationem enim Transylvaniae a Regno Hungariae alii Situi et Naturae hujus Principatus accomodati sunt conditi Articuli, aliae Leges, Valachos nec inter receptas Nationes, nec inter receptas Religiones connumerantes pro incapacibus possidendorum Bonorum immobilium declarantes ad hodiernum usque diem vigentes et per Augustam etiam Domum confirmatae. Coeterum, etiam si essent ex receptis Nationibus, tamen, cum ad evidentiam docetur, ipsos in Territorio Cibiniensium esse, id, quod de jure competit, solvere tenentur illis, in quorum Territorio degunt.

Quod autem oppositas Incausamattractorum Exceptioni super Litteris Valachalibus Ratiunculas attinet, illae, cum merae hyppotheticae argumentationes sint, neque tales, ut Exceptiones oppositas et ad oculum demonstratas evertere possint; ideo Incausamattracti illis nunc etiam velut [131] nullatenus enervatis inhaerent; omnes enim illae rationes et oppositiones, quas Incausamattracti fecerunt, tales sunt, quae abnegari non possnt ipsaeque desuper Testimonium perhibent Litterae, signanter et Litteras GBK chartae et Papyro inesse plurimi viderunt nec obnegari potest illas significare Groff Bethlen Kata; adeoque, quia nunc etiam illis pro Resinariensibus inhaerere non desistitur; cupiunt Incausamattracti ruminari et iuxta superius petitur exhibentes et utentes Censurae Judiciali subjici, atque velut fulminata set malitiose fabricatas confiscari, nihil in contrarium hyppotheticis eoeundem argumentationibus juvantibus et facientibus.

Quod autem toties reperita, sed nunquam provata spoliū mentionem attinet, quamquam satis superque in superioribus ex Decisione Excelsi Regii Gubernii anno 1777 et aliis Incausamattractorum productis evictum esset, quod, ubi nullus habitus reperitur, ibi nulla etiam privatio concipi potest, dum edocent Incausamattracti inde ab anno 1372 Territorium illud, ubi Resinarienses resident, cum tota ejusdem Peripheria esse in cinctura et Peripheria Cibiniensis ipsosque Cibinienses semper in Possessorio cum pensione ejuslibet census exigui iuxta circumstantias rerum et temporum praefuisse, qual iter ibi praetensa potentiosa [132] spoliatio concipi potest, nemo enim in suis potentiarius et in quo Territorio Resinarienses praecario tantum modo sunt et fuerunt, qualiter ibi restitutionem petere possunt: Iudicet aequus Iudex.

Demonstrata enim iam Litterarum Valachalium seu Scartetae malitiosa acquisitione et per consequens nullitate, null alia habent Actores Querulantes probatoria instrumenta, nisi Collaterales illas anni 1738 Inquisitorias in duplici exemplari produca, illae autem tum ex eo, quod sint collaterale set iuxta Leges Patriae, Benignam Instructionem Regiam, ut et Kiltonits Capitis 7 Quaestio 7 nullam in Jure probandi vim habent; cum ad privatam solum Exponentium notizia, quoad exhibentes

deserviant; tum ex eo, quod aperte contra antiqua per Incausamattractos producta Litteralia Instrumenta in tantum, in quantum Resinariensibus faverent fassiones sonarent, stare et pro proba Praetensionis Resinariensium assummi non possunt, in quantum autem pro Incausamattractis antiquum Cibiniensium confirmans Possessorium et per hoc priscis conveniunt Litteris omnino contra Producentes acceptandae sunt. Quales sunt ad Utrum 14<sup>tum</sup> Testes 2, 3, 4, 5, 14, 15, 17, 18, 33. Ad Utrum vero 11<sup>mum</sup>, 31, 32, 33 ad calcem, ita ad Utrum 4<sup>tum</sup> Testis 34, ad Utrum 5<sup>tum</sup> Testes 35, 62, 63, 64, 65 et 66, qui inde a memoria eorundem praestitam [133] confiteantur Taxam Terragalem, ita Testes 84<sup>tus</sup> et 85<sup>tus</sup> ad Utrum 2<sup>dum</sup> fatentur, quod Possessio Resinár ab antiquo semper Staderdorff, hoc est Pagus Civitatis sit nominatus, in his inquam a parte Querulorum aliquid operari videntur, sed a parte Exhibentium praemissis ex rationibus peorsus nihil, adeoque de jure cum omni proba deficient gratis et sine omni fundamento Principi Clementissimo et Excelso Regio Gubernio molestias, Querulatis vero expensas et fatigia causarunt, cum querelam (antera etiam gratiose sopitam) nullis modo pariter prorsus evincere possunt Documentis; et sic sine omni proba has infinitas expensas et vexas, atque molestias suscitando, revera Judiciali etiam Censura digni essent.

Qualiter autem Resinarienses allegare contendunt, quod de praetenso eorundem spolio (quamvis hujus Litis objectum iuxta praenominatum altefactum Mandatum Regium non spolium, sed productio de esercitato jure sit) nullum adhuc fuisset latum Deliberatum, cum haec ipsa Praetensio et non alia anno 1777, et quidem per specificos casus coram Excelsa Commissione ab Excelso Regio Gubernio ordinata, recensita, decisa et sopita habetur, ut ex eadem Gratiola Decisione videre est.

Quod autem Incausamattractis a parte Resinariensium objectatur, ad probationem Boni Juris intendant: est verum, neque negant. [134]

Et hoc facto tam Benigno Altissimo Regio Mandato jubenti: „Ut Magistratus Cibiniensis ad Jus suum quaecunque contra Resinarienses ejusque Territoria et Beneficia praetensa in via Juris invietur” oporum videre satisfacere intendant et Resinariensium praetensiones fundamento carere ostendunt; id, quod in causa hac etiam faciendum esse arbitrantur, nam demonstrato eo, quod Possessio Resinár sit in Territorio Cibiniensi demonstratur etiam Querularum Resinariensium nullista et hoc ex consequentia naturali nihil in contrarium contra originalium Incausamattractorum exhibita operante simplici illa negatione: „Quod Resinár sit in Territorio Cibiniensi”, cum hoc ipsum et Litterae illae Mathiae Regis de anno 1467 et alia omnia originalia producta evincunt.

Quod autem in initio statim ingressus in litem omnia litteralia non produxerunt Incausamattracti, Domini Querulantes in Causa fuerunt, quia nec Actoratum assumere, neque lucidam Accionem exhibere voluerunt, sed extra Oleas vagando demandatam a Sua Majestate viam Juris declinare voluerunt, consequenter tunc Incausamattracti producere debuerunt, dum tempus et occasio secum tulit, ut Acta docent; adeoque hac etiam in parte (una cum reliquis rudis criminationibus, quibus Causa haec plena a parte Resinariensium esse conspicitur) sine fundamento Querulatus Magistratus accusatur et poena Praevaricationis appingitur. [135]

Contra evidentiam autem praeproductaque Incausamattractorum Documenta omni exceptione majora, immo contra propriam etiam Resinariensium recognitionem

objectatur, quod Querulati nullum Jus erga Territorium illud, ubi Resinarienses degunt, docuissent, cum id ipsum omnia Incausamtracti Magistratus et Communitatis Documenta pleno ore clamant; e contra vero Querulantes, quibus omni jure proba incumbabat, nullis plane Documentis fidedignis fondata eorundem querelas evincere valerent, prout enim in superiori bus ad nauseam usque demonstratum est, Collaterales illae Inquisitoriae, ut in duplici exemplo exhibitae, praesertim contra antiqua Litteralia Instrumenta nullam vim habent in Foro Contradictorio probatoriam et, cum ex antiquis Litteralibus Instrumentis ad oculum evicitur, Territorium, ubi degunt Resinarienses pertinere ad Territorium Cibiniense; sequitur id, quod ipsi solverunt de Territorio ab antiquo semper et deinceps etiam solvere tenentur non quesitum spoliū, sed justum Territorii Censum esse; quem omnis Inquilinus eidem, in cujus Territorio habitat, de jure solvere tenetur; nullum inde Resinarienses sibi ipsis praejudiciū illatum esse conqueri possunt; iuxta universalem enim Juris Regulam: „Qui utitur Jure suo, non videtur alteri injuriam facere”. De reliquo:

Ut tanti set tam multis iam scriptitationibus taedium etiam Judicibus parientibus, ac iterationibus finis imponatur; neve ad infundatas, quasitas, ac tergiversantes immo [136] studiose excogitatas, nudas tamen et sine proba reiteratas Querulantium allegationes longa serie et cum mole verbo rum factas scriptitationes responsioni bus ulteriori bus curae Titulorum Dominorum Judicum fatigentium Querulatus Magistratus negando fermissime ea omnia, quae contra evidentiam productaque Incausamtractorum omni exceptione majora allegantur et nudis verbis sine proba proferuntur, atque iterantur inhaerendo suis omnibus superiori bus aequae Gratoso Excelsi Regii Gubernii Juditio iuxta superiora sua petita sibi adjudicanda submittit. Hoc per expressum addito:

Quod sine fundamento accusat Pars Querulans Actorea Partem Querulatam Incausamtractam, quod contra § 43 Benignae Instructionis Regio-Tabularis exhibendo tam prolixis et tantis allegationibus ansam praeberisset; videantur enim allegationes ipsi Querulantes in triplica illorum exhibuerunt multa Documenta, quae iuxta § per eosdem citatum 43 in exordio Litis, si voluerunt, producere debuissent, tanquam Actores. Sed, quia in triplica prodixerunt, Incausamtracti etiam in re triplica ipsorum in contrarium producere debuerunt, adeoque nulla fuit ratio, cur Querulantes hac etiam in parte ad accusationem Querulorum delabatur et in illos culpam tantarum allegationum sine causa injiciant, ipsi enim, ut Incausamtracti concludere debent id, quod nunc [137] etiam in casu, si adhuc a parte Actorea quintuplica adderetur, reservant. Caeterum, ut supra submittunt hoc per expressum addito, ut, si quid de Joanne II ad annum 1572 allegatum esset, errore calami accidisset, loco enim 1572 scribi debet 1570, ut praeexhibita originalia testantur.

Querulantes Resinarienses ex super abundanti regerunt subsumptionem ad verba: „Non autem de Bono Jure, de quo nunc agitur” detortam esse a vero sensu, quia hoc ipsum controvertunt et declinant Querulati, ne in Processu Queruloso contra naturam ejus ad Quaestionem Boni Juris, velut alioquin ad se se et Querulatos non pertinentem derivatur; respondebit enim Proprietarius Regius Fiscus, dum ad hanc Quaestionem respondendum erit:

Quod vero argumentum Querulorum de situ Villae Regalis Resinár depromptum concernit, non est hic quaestio, an Villa Resinár in Territorio Cibiniensi

situatur, nec ne?, quia vigore Privilegii Andreani tota terra a Város usque ad Darotz unus est Populus et sub uno Iudice Cibiniensi censitus, signanter vero Villa Szent Ersébeth pariter in Territorio Cibiniensi situatur et tamen, nec totus Fundus Regius, nec signanter Villa Szent Ersébeth Dominali Cibiniensium Jurisdictioni subsit, sed Concivilitatis Jure gaudet. Verum hoc solum hic queritur: An Resinarienses ex prae-habito pacifico usu per Querulatos via facti deturbati, adeoque in integrum restituendi sint? Hanc autem facti Quaestionem superabundanter in praemissis docuerunt. [138]

Petunt proinde in integrum restitui et Querulatos ad comprobandum ductu Altissimi Mandati quaecunque contra Resinarienses eorumque Territoria praeten-sum Jus ad viam Juris extra Dominium relegari submittendo Gratoso Iudicio.

Pro Incausam attractis reponitur: Si triplica Resinariensium inspiciatur, patebit ibidem Resinarienses semper de Bono Jure egisse et ideo tam malitiosas illas litteras quam fundationales de anno 1223 una cum reliquis productis exhibuerunt. Ergo verba illa „non autem de Bono Jure, de quo nunc agitur” non sunt a vero sensu detorta.

Hoc autem nota dignum est, quod in moderna iam quintuplica Resinarienses, velut iam convicti eo delabantur, quod dicant: „Quod hic non sit Quaestio, an Villa Resinár in Territorio Cibiniensi situetur, nec ne?”, quo facto, quia recognoscant, eosdem in Territorio Cibiniensi esse, omnis ista Quaestio: „Quo Jure Census soluti sunt?” cessabit.

Ex verbis autem Andreani Privilegii illis, ut „a Város usque ad Darotz unus sit Populus”, non hoc sequitur, ut Pagi distincta non habeant Territoria, sed potius hoc, quod, si unus sit Populus, ergo non duo Saxones nimirum et Valachi, sed tantum illi, quibus data est, nihil in contrarium faciente, quod simpliciter asseratur Villam Szent Ersébeth esse in Territorio Cibiniensi.

Quod denique conclusorium attinet petitum plane hoc est, quod Incausam attracti modo fecerunt, ut in ductu Altissimi Mandati Jus eorum contra Resinarienses eorumque Territoria ad amussim et irrefutabiliter comprobarunt, adeoque petunt in prisco eorundem Jure manuteneri et cum omnium expensarum et fatigiorum refusionibus absolvi et aequè submittunt. [139]

Producta autem per Querulantem Communitatem Roschinariensem, ut Actores Documenta erant sequentia, et quidem:

Serie Primarum sub Litera F. et Numero 1°. Signatarum Litterarum, Instantiae scilicet [Litera F. et Numero 1°.] Roschinariensium Excelsae Camerae Aulicae porrectae tenore t verbalis continentia sequitur hunc in modum:

#### PARIA

„Intrinsecus sane dolor ob peracerbas a Communitate Saxonicali Cibiniensi nobis, ut ut in Fundis Regiis residentibus citra Jus et Aequum infligi et absque metu attentari consuetas impositiones et ideo antiquorum laudabilium usum et beneficiorum nostro rum per fas et nefas in propriam ejusdem Communitatis utilitatem factas intorsiones, nos merito movet, ac impellit, quatenus coram Excelsa Camera Caesareo Regia Aulica statum lesioni nostrae, ac una, in quem redacti sumus deploremus, et quidem:

1°. Nostri majores Incolae fuerunt Oppidi hujus Roschinár ultra memoriam aliquot saeculorum, quem nos posterius incolimus, locum vide licet Saxonum, sterilem, undique vicinorum Terris coarctatum et circumscriptum habuimus, nihilominus



peculiaria quaedam Beneficia et Jurisdictiones scilicet in delinquentes intra nostrum Territorium depraehensos Judicium ferendi salva appellatione propterea adhucdum durat apud nos a [140] Majoribus nostris in nos derivatus 40-Viratus, cui tamen omnis judicandi Potestas per Saxones erepta est.

2<sup>do</sup>. Quemadmodum aliis Communitatibus onera publica aequalibus humeris bajulantibus Terrenorum Beneficia per hunc Principatum Transilvaniae sunt libera, ita nostri Majores et nosmet ipsi praestitis de jure praestandis iisdem gavisi sumus usque ad proxima tempora, sed – proh dolor! – et infelicem nostram Conditionem primi in hac Sede amisimus Pascuationem Alpestrem per Praedicatorum Potentiam, saltem ante duos annos, ita quidem, ut, ne vitulum audeamus in Alpibus tenere per aestatem, nisi noviter introductam 200 Florenorum arendam penderemus: perterriti hac novitate restitimus solutioni, ne subito Juribus nostri set antiquae Consuetudini pro Lege utique servandae renunciaremus, aut submitteremur Consilio nostras vires exhauriendi causa recens invento, at, quod callamitosissimis pessimis Juribusque de facto deprehensis accidere solet, id nobis vario contigit eventu, nam vix quidam nostrum ad contradicendum huic violentiae ora aperuerunt, illico autoritate Dominorum Cibiniensium in Carceres conjecti, neque antea dimissi sunt, nisi depositis ante cognitionem Causae 200 Florenis. [141]

3°. Communitas nostra ab immemorabili tempore Beneficium Liberi Educilli usque ad Consulatum Joannis Sachs possidebat, hic primo avaritia ductus illud ademit, nobis vero equide ad necessitatem funebrem, aut nuptialem vel gutta Vini introducendi permittitur, verum Saxonibus Jus Educilli exercentibus omnia vina praetio popinali solvere debemus, ubi tamen in Libro Civitatis, qui Ruber vocatur, ad scriptum est, nobis liberum exercitium cum aliis pronunc violatis immunitatibus esse.

4<sup>to</sup>. Sublatis reliquis supermanserat nobis aliquid ex foeno, seu gramine emolumentum, sed et illud avara cupido in una tertialitate a nobis falcatum et cumulatam sustulit.

5<sup>to</sup>. Partem Territorii magis Campestris memoratus Joannes Sacks occupavit, non scimus, quo praetio nobis obtruso.

6<sup>to</sup>. Possidebamus silvas glandiferas nostrae utilitati deservientes et liberas, verum etiam has intolerabilis Saxonum Dominatus contra essentiam Jurium Regalium Summi Principis in proprium peculium sibi vendicans sine quopiam metu ademit et, si quis nostrum hucusque voluisset, unum aut alterum Sabellicum saginationis causa [142] eo depellere, uno Floreno saltem de capite animalis soluto licebat facere, modo autem nullo modo, ubi tamen nostras esse sylvas superventium memoria refert.

7°. Jugera venalia, ut ut paucissima, quae habemus non aliter colimus, nisi ut capacitatem cujuslibet cubacula 35 Ungaricalibus Florenis redimamus; in summa summarum nullum nobis liberum pro conquirendis Portionibus Caesaris relictum est Beneficium praeter Lignationem et aquam (exclusa ibidem et interdicta Piscatione). Interim his omnibus non consideratis a nobis amissis Beneficiis plus minus ad Aerarium Suae Majestatis annuatim concurrimus milia decem Florenos exceptis servitiis et oneribus, Decimis etc. etc. Civitati Cibiniensi praestari solitis, sed et servitia in tantum aucta sunt, ut vix different a Jobbagionatu, tamen nulla nostril habetur ratio. Haec omnia cum Clementissimo Majestatis Sacratissimo Decreto presentata sunt

Excelso Gubernio Regio, ab hoc vero Parti adversae comunicata, ut respondeat et nobis vivissimo illorum responsa, ut contrarium probaremus nostramque defensionem stabiliremus, sed e contra Cancellistae nostra in Causa inquisitori ab Expeditione revocati sunt, non ob aliud quam Causae suae diffidentiam. **[duo folia excisa: i.e. paginae 143, 144, 145, 146]**

[147] Alpibus contermine nullum alicujus Pagi Territorii, vel Alpium Resinariensium, verum solius Territorii Cibiniensis eorundemque Alpium mentionem et memoriam innunt.

2<sup>do</sup>. Manifestissimum elucet Inquilinatus Testimonium, quod Pagus Roschinár on, ut alii in Sede constituti Pagi, etiamsi Valachici ad Regium et Sedis Judicatum Cibiniensem et Juridicis pertineat, verum ad Consulatam Cibiniensem, qua supremam Civitatis et Territorii Oeconomiam ex principio praementionati Inquilinatus jurisdictionaliter adstructus sit, praeter quam, quod idem Consulatus Officium alia adhuc praedicto Pago Rosinár Jura et Beneficia, utpote Educillationem Vini et Decimationem Ovium et Porcorum ex Jure antiquo et per Constitutiones publicas concessionaliter loco Salarii olim semper habuerit et usque in hodiernum habent.

3<sup>io</sup>. Quod Plajosones sive Custodes Alpium ibidem necessarii, hinc ex Civitate semper constituentur et salarientur hincque dependeant, Custodiam enim Limitum Provinciae Populo tam instabili et ad fugam, furta et alia scelera prono committere tam [148] intuitu Dominii quam Publicae Provinciae securitati neque consultum, minime vero securum esse in propatulo est.

4<sup>to</sup>. Quod a vicinis illic Pagis, atque in universum Saxonico Idiomate Städterdorff seu Latine Urbis Pagus nuncupatur; idque in antiquissimis Constitutionibus Civitatis publicis, qua Bonum Civitatis Territoriale ista compellatione describatur.

5<sup>to</sup>. Gratiola etiam Excelsi Regii Gubernii de 8<sup>va</sup> Martii anno 1735 emanata Resolutio pro publico Cibiniensi ejatenus militare videtur; agnovit enim Excelsum Regium Gubernium Communitatem hancce Cibiniensem respectu Arendae actu in Possessione promontorium esse, inde non immerito Roschinariensibus undecunque ad querelas inductis et praedictam Arendam pro usu fructu Alpium vel mox de facto exolvant, vel vero ad praefigendum Terminum Cautionem praestarent tandemque, si ipsis visum foret, de proprie tate Alpium docerent, quod vero ad hodiernum usque minime praestiterint, nec unquam satis munito hoc publico praestare valebunt.

[149] 6<sup>to</sup>. Ratione Juris Educillationis in saepefato Pago a memoria hominum semper exerceri soliti non est, quod Excelsum Regium Gubernium multis argumentis et demonstrationibus fatigemus, quo circa Excelsum Regium Gubernium ex annexis attestati et inhibitioni Copiis illud perspicacissime videre, ac dijudicare dignabitur.

Contra itaque tam Illustrissimum Episcopum quam Roschinarienses nudas easque nulli prorsus fundamento innixas querelas ad clementissimas Sacratissimae Suae Majestatis aures indebite detulisse, velut Excelsum Regium Gubernium ex praemissis uberius gratiose dignoscere dignabitur. Quocirca instamus Excelso Regio Gubernio humillime dignetur Communitatem Cibiniensem in Juribus suis antiquis gratiose mantenere, neve permittat, ut ejusmodi temerarii Querulantes Roschinarienses Valachi absque causa et fundamento Publico huic Cibiniensi insultent et cum praevisis ulteriori bus consequentiis praejudiciosi tam apud Majestatem Suam

Sacratissimam [150] sinistre deferant quam etiam Excelsum Regium Gubernium frequenti bus iisque reperiiti molestiis afficiant. Excelsi Regii Gubernii humillimi Servi Magistratus Cibiniensis.

Tertiarum. Sub Littera F. et Numero [F. Numero 3<sup>o</sup>.] 3<sup>tio</sup> signatarum tenor est sequens: Copia Benigni Rescripti Regii anno 1735 30 Septembris ad Excelsum Regium Gubernium emanati.

„Carolus VI. etc. etc. Illustres Reverendi etc. Quid a Majestate Nostra, quibusve ex motivis Reverendus Joannes Innocentius Liber Baro a Klein Valachorum Graeci Ritus Unitorum in Haereditario Nobis Transylvaniae Principatu Episcopus Fogarasiensis Consiliarius Noster fidelis nobis dilectus demisse supplicet ex adjacenti supplicis ejusdem Libelli Copia uberius vobis patebit; vobis itaque Gubernio Nostro Regio smemorata ejusdem Supplicantiumque ibidem Resinariensium Incolarum nostro rum in Sede Cibiniensi commorantium preces remittimus, adeoque mandamus, ut vos assumptis eorum precibus Partibusque, quarum interest, ejatenus debite auditis, si amicabiliter [151] controversia haec inter illas componi non posset, Majestatem Nostram cum totali differentia Casus hujus, nec non rationum ambabus a Partibus prolatarum serie et annexa demissa ejatenus opinione vestra informare noverati. Quibus in reliquo etc. etc.

Datum Viennae Austriae die 30<sup>ma</sup> Septembris anno 1735” Et subscriptum erat: „Carolus manu propria”.

Quartarum. Sub F.H. et Numero 4<sup>to</sup> Productarum Observationum quipped Magistratus Cibiniensis contra asserta Roschinariensium tenor sequitur hunc in modum:

„1<sup>o</sup>. Quod Roschinarieses fuerunt olim Oppidani et quod Jus delinquentis puniendi habuissent, quodve adhuc, dum durat apud eosdem 40-Viratus et exinde Jurisdictionem distinctam habuisse fingunt.

Ad 1<sup>um</sup>.

#### Consideratio

Repugnat Privilegiis Nationis Saxonicae contrariatur Historiis, repugnant Statui Transylvaniae Roschinarienses olim Privilegia [152] habere potuisse, quia, uti Approbatarum Constitutionum Partis 1<sup>mae</sup> Tituli 9<sup>ni</sup> Articulus 1<sup>mus</sup>: Plebs Valachorum tantummodo tolerate, propter Bonum publicum patiebatur et hoc quidem ad annum 1643 et abhinc quails Status fuerit Valachorum usque ad praesens omnis ferme Literator movit.

2<sup>do</sup>. Quod Territoria coarctata habeant et quod antea habuissent in Alpibus sine ulla prorsus solutione spatiosa.

Ad 2<sup>dum</sup>. Pagus Roschinár cingitur vicinarum Possessionum Territoriis, ut Pago Saxonico Heltau et tandem Territorium Cibiniense usque ad Alpes exurgit, si illi Roschinarienses in Territoriis se coarctatos exponent, ita tamen, ut veritate aliquid probare possint; posito Territorium, ubi Roschinár Pagus situs est, est Territorium Cibiniense, eo non obstante, si quid Juris praetendunt, daturos ad mentem Statutorum Libri 1<sup>mi</sup> Tituli 11 Articulum seu § 8<sup>vum</sup>, procedere non vetantur experiri Jure id, quod per injurias querelas praetendunt, quia posito Alpes eorundem Praedecessores usufructuario gaminassent, et quidem sine Taxa inde non sequitur, ut et de praesenti alterius Territorium sine usu et [153] fructu depascant, praecise cum se Inquilinos

sciant et tolleratos per leges, tamen Jus Territorii et Jurisdictionum sibi vendicant contra publicas Privilegiorum sanctiones.

3<sup>to</sup>. De privatione Educilli: quod ante tempora Joannis Sachs semper libera Educillatione uti fuissent, falso Roschinarienses exponunt.

Ad 3<sup>tum</sup>. Si sit Pagus Villa vel Oppidum, lattame Jurisdictioni Dominali dubit, si habet proprium Promontorium, tum Incolis loci competit Jus Educilli a Festo Sancti Michaëlis usque 1<sup>mum</sup> Ianuarii. Pariae hujus communis Consuetudo et usus observat, quod patet e Compilatarum Constitutionum Partis 3 Tituli 6 Articulis 1<sup>o</sup> et 2<sup>o</sup>, item Approbatarum Constitutionum Partis 3 Tituli 29 Articuli 1<sup>mi</sup> §<sup>pho</sup> ultimo, si vero Pagus Promontorium non habeat, tunc aliunde vina inducere, multo minus educillare potest hoc, si vinum non licet, certe nec Crematum, Cerevisium, Mulsum et quid quid vinum non est, ad quae praemissa Roschinarienses, dum Inquilini sunt, et quidem solum tolerati propter Bonum publicum Terrae Saxonum praepredicare non possunt.

4<sup>to</sup>. Quod careant emolumento graminationis. [154]

Ad 4<sup>tum</sup>. Si alterius est, quod mihi ad usum concedit et jure non tenetur, beneficium bonitatis est et tenetur recompensari poculo gratitudinis. Sed, si eodem beneficio abutor et mihi accipitur, nulla injuria per hoc mihi infertur.

5<sup>to</sup>. Ratione Terreni vi erepti, quod pariter false exponunt.

Ad 5<sup>tum</sup>. Valde horum est usitatissimum et proprium ad mortuorum acta provocare, si aliam probam non habeant, sed ad hanc expositionem superius Consideratio est appositae; procedant ad reambulationem Territorii, si Actoratum obtinere possunt, sed nec hoc, quia Locus et Territorium, ubi Resinár jacet, est Civitatis, adeoque contra Magistratus Jura, immo neque penes ea agere possunt, nisi accessorialiter, non vero principaliter.

6<sup>to</sup>. Quod per cujusdam Sylvae demptionem etiam flandinatio eisdem esset erepta.

Ad 6<sup>tum</sup>. Quia res suo Domino fructificare debet, adeoque Terram, dum omnis cit esse Magistratus, certo graminationem, lignationem, glandinationem, venationem aucupium liberum exercere non posse, etiam cum exclusione aliorum nullus sanus negabit. [155]

7<sup>mo</sup>. Quod Jugera, seu pro satis Terras non habeant, vel si, quas habent, easdem redimere necessitentur, exponunt.

Ad 7<sup>mum</sup>. Natura Situs coarctatum nullus extendere potest, proprium autem Magistratus Terrenum nemini gratuito cedere tenetur, praeterea, si eos locus capit, contententur loco, vel si displicet, quaerant ampliorem.

Observationes contra Causae motionem Incolarum ex Roschinár contra suos Dominos Terrestres vide licet Inclytum Magistratum et Civitatem Regiam Liberam Cibiniensem.

„Primum quidem ad Summum Principem Provinciae licitum est, si contra Jura Patriae quis peccet deferre, sed Roschinarienses sinistris querimoniis Augustisismam Aulam per suum Agentem, Caput nimirum Cleri Valachici, cum hic nihil circa Res Ecclesiasticas suscipiatur, aggressi sunt; tota enim Causa concernit proprietatem Fundi Civitatensis et in montibus et sub montibus, de quorum vel proprietate, vel metis nullum Testimonium habent, Civitas autem cum Magistratu et ex suis et

Commetaneorum Documentis Litteralibus et vivis Testimoniis comprobare possunt et Alpium montes et Territorium in planitiae submontana esse Civitatis propria, praeterea Roschinarienses sunt Jobbagionales Inquilini Civitatis et secundum Jura Patriae cum suis Dominis Terrestribus litigare non possunt. [156]

3<sup>to</sup>. Proximis Septimanis elapsis deputati illorum fassi sunt et agnoverunt proprietatem ex Alpium et Terrae submontana esse Civitatis Cibiniensis et, quod doleant ad imitationem Poparum quorundam recalcitrasse Magistratui, immo imploraverunt moderationem Taxae prioris, per eosdem cum Inclyto Magistratu initae et sic consequenter in Transmissionalibus”.

Quintarum. Sub F. et Numero 5<sup>to</sup> signatarum [F. Numero 5<sup>to</sup>], Precum vide licet Roschinariensium Suae Majestati Sacratissimae anno 1752 porrectarum tenor est sequens:

„Serenissime Princeps, Domine Domine Benignissime!

Si aliquando Serenitas Vestra iustissimis et in veritate fondati Precibus benignas pro sua Gratia Principali praebere dignata fuit aures, nostras quoque lacrimi aspersas nudaе veritati innixas supplices litteras apud Serenitatem Vestram locum obtenturas humillime speramus, sumus enim subditi Sacratissimae Suae Majestatis et Fundi Regii Fisco-Saxonicalis in Sede Cibiniensi Villam seu pagum Resinare ab aliquot saeculis incolimus, Communitatem plus minus septingentarum familiarum constituimus inferendis tum publicis Aerarii et Militiae [157] Caesareae quum privatis hujus Inclytae Civitatis oneri bus facile inter Colonias hujus Sedis primum locum obtinemus, enimvero, si omnes nostrae praestationes ad Calculum traherentur, decem mille Florenos annuatim excederent; quo vero his praestandis vires nostrae sufficerent, neque ita satisfacerent, ut tott, ac tantis oneri bus impares redderentur, habuimus ab antiquo usque ad moderna tepora ad instar aliorum Fundi Regii Colonorum Beneficia Terrae, Silvarum, Aquarum, Agrorum, Pratorum intra Limites antiquo set praeterea liberum Educillium hisque beneficiis provisi et nos vivere, et Regi, quae sua sunt, reddere poteramus, sed Inclyta Civitas Cibiniensis non poterat hanc nostram conditionem ferre, quin deteriore redderet, vel ideo fortasse, quod et eidem prae caeteris essemus utiles, quae non attentis antiquis nostris consuetudini bus, ac metis territoriali bus unum beneficium post alterum avara autoritate et alienis fruendi cupidine diversis usa modis nobis violenter eripuit, uti anno precedenti exiguum foenum, quod intra nostros veteres Limites habuimus, per nos falcatum et in cumulos positum [158] vi et adhibitis Servitoribus Civicis auferri demandavit, id ipsumque hocetiam anno nobis minatur, sed neque his contenta novissime novam praestationem pecuniariam, nobis in particulari infligendam excogitavit, cujus praestationis neque nostri Majores, neque nos innuimus, de Pascuis Alpium, quae alias Regis esse solent, cupis et nos nos sumus subditi, non privato rum et nisi huic imponi per 400 Rhenenses Florenos satisfaciamus, ad Alpes comune, in quorum libero usu hactenus perstitimus, pecora nostra pellere per absolutum interdicimur et ultimo hoc Terrae Regiae beneficio privamur sola defluente aqua et lignatione nobis permanente, una voce nihil, quo enervaremur, vel talis tamque populosa Colonia dissolveretur, intentatum reliquit, haec Inclyta Civitas, quid faceremus, Serenissime Princeps!, in calamitoso hoc statu et sub Dominio rebus nostris nunquam satiabili et unde, a quali oeconomizandi modo et nos ipsis subsistentes Tributum Regium conquiremus, tam

graviter oppressi et circumscripti? suggestit nobis miseria nostra excidio proxima, Consilium ad Excelsum Regium Gubernium [159] recurrenti, veluti ad supremum Tribunal et Communis Justitiae Dicasterium, recurrimus etiam ad Sacratissimam Suam Majestatem, Principem nostrum Haereditarium et Dominum Terrestrem clementissimum; ab Excelso Regio Gubernio saepius affidati sumus, ut hujus nostrae oppressioni set appropinquantis eversionis causa cognosceretur, Sacratissima vero Sua Majestas id ipsum decretaliter benignissime demandavit, verum tertius labitur annus, a quo seriem et consueta Juris remedia nobis admitti humillimis praecibus efflagitamus, ast ob negotiorum multitudinem nostrae justissimae querelae ab uno confluxu in alium rejectae sunt, Inclyta hac Civitate nihil interea temporis de damnis et injuriis nobis illegaliter inferendis remittente, quae, cum iam ad radicem pervenerint, necessitat nos, ut auxiliatricem Serenitatis Vestrae dexteram de genu imploraremus, duo in praesentiarum a benigni tate Serenitatis Vestrae per DEI et omnis Justitiae autore Supplices:

Primo. Ut cognitionem causae nostrae Excelso Regio Gubernio gratiose commendare dignaretur.

Secundum. Ut Inclytae huic Civitati usque ad Decisionem Cau[160]sae silentium, atque a violentis recenterque excogitatis exactionibus, item nostro rum conincolarum incaptivatione desistat; enimvero, si judicialiter illa, quae nobis vi arepta sunt et adhuc praeterea abripienda praetenduntur, Inclyta haec Civitas assecuta fuerit, quod in contrarium dicamus, habebimus nihil reservatis porro ad Serenitatem Vestram fundendis praecibus pro loco habitationis, in quo degamus et ex quo Tributum Regium conquiramus, nam, ut cunctis, uti praemissimus, Terrae beneficiis privati in lapidosa haec valle subsistamus et onera publica, ac Civitatis prorsus et penitus conclamatum est, viderit exposit Inclyta haec Civitas, in quorum humeros rejiciet tanta onera, quanta nos de praesenti ferimus et hucusque supportavimus; benignissimum Patrocinium et manutentionem Serenitatis Vestrae aliter demereri impares sumus, sed una cum Clero nostro pro incolumi tate Serenitatis Vestrae et felici bus sub bello et pace progressi bus Divinam bonitatem augite exorabimus. Serenitatis Vestrae humillimi subditi Incolae Pagi Roschinar". [161]

Sextarum. Sub F. et Numero 6<sup>to</sup>. Signatarum Rescripti scilicet Regii de anno 1758 die 26<sup>ta</sup> Octobris emanate Supplicis Copia tenor sequitur in haec verba: [F. Numero 6<sup>to</sup>]

„MARIA THERESIA etc. etc.

Illustres, Reverende etc. Binos Libellos Supplices Communitatis Incolarum loci Roschinár Majestati Nostrae successive de genu porrectos et annexum uni eorum alterum iam dudum Camerae Nostrae Aulicae exhibitum vobis accludimus et mandamus, quatenus vos ipsi aut, si minus vobis vacaret, per Commissionem a vobis eum in finem ordinandam adjuncto etiam Supplicantibus Causarumstrarum ibidem Fiscalium Directore, aut ejus Advocato auditisque Partibus et Documentis earum receptis Causam eandem conoscere, Majestati Nostrae ulterius et benigne superinde resoluturae sufficienter instructam cum opinione vestra submittere non differatis. Quibus in reliquo etc.

Datum Viennae Austriae die 26<sup>ta</sup> Octobris 1752".

Rt subscriptum erat: „Maria Theresia manu propria”. Paulo vero inferius ad sinistram: „Comes Ladislaus Gyulaffi Liber Baro de Rátott”. Tandem: „Ad Mandatum etc. Adamus Henter manu propria”.

Septimarum. Sub F. et Numero 7° [162] Signatarum Commissionarium scilicet Gubernialium ad Nationis Saxonicae Comitem anno 1759 verba sunt sequentia:

„In Sacrae Caesareo-Regiae Majestatis Archiducis Austriae, Principis Transylvaniae et Siculorum Comitis, Dominae Dominae Nostrae Clementissimae nomine!

Spectabilis, ac Generose Frater et Collega nobis observande! Salutem et Gratiae Caesareo-Regiae incrementum!

Még 1752<sup>dik</sup> esztendőben Böjt más Havának huszon catodi napján költ Kegyelmes Királyi Rescriptumnak itten accludált mássából meg ertheti Comes Ur; a Resinariak és Szebeniek között határ dolgából emergált differentianak revisiojáról mit méltostatott eő Felsége a Guberniumnak parancsolni, ki járta ugyan az Határt az Universitas, a mint a Resináriak memorialissanak, itten közlött Copiaja bizonyittya, de miben akadott meg a dolog és mitsodás determinatio létt iránta, Királyi Rescriptum lévén ezen dologban, szükség az Guberniumnak meg tudni: Committaltatik annak okáért Comes Urnak, hogy ezen Metalis Reambulationak allapottya miben legyen? És mint hogya Resinariak succumbalván, a Gubernium eleibe appellaltatik ezen ezen Reambulationak bővébb Revisióját, micsoda okokra nézve nem engedtetett meg appellatiojok, minél hamarébb volta képpen a Guberniomot tudositja. [163]

In reliquo Altefata Sua Majestas benigne propensa manet. E Regio Magni Principatus Transylvaniae Gubernio Cibinii. Die 19<sup>no</sup> Martii Anno 1759”. Et subscriptum erat: „Ladislaus Comes Kemény manu propria Gubernator” A sinistris autem: „Baro Davis Henter Camerarius manu propria – Alexius Cserei manu propria”.

Octavarum. Sub F. et Numero 8° Signa[F; 8°]tarum. Memorialium scilicet Resinariensium a Sua majestate Fiscalem Assistantiam orantium Copiarum tenor est sequens:

„Sacratissima Regia Majestas, Domina Domina Nostra Clementissima!

Adhuc circa annum 1735 et 1736 coram Sacratissima defuncta Majestate Caesareo-Regia Genitore quippe Majestatis Vestrae Sacratissimae Regiae desideratissimo, uti et ejusdem Camerae Aulicae, quemadmodum haecce annexa laesionum et gravaminum Puncta uberius exhibent, nos in Fundo Regio residentes ultimum desolationis nostrae statum contra et ad versus Magistratum Cibiniensem deploravimus, ad quod etiam Sua Altefata Majestas Caesareo-Regia benigne ordinavit, quatenus laesionibus, ac grava minibus nostris coram Gubernio, ac Satibus auditis eadem Sua Majestas desuper informetur, verum non obstante, quod Litteralibus Documentis suffulti sufficienter essemus, metu perpessarum nihilominus a praefato Consulatu vexarum, verberum et incaptivationum [164] conatus nostros promovere reformidavimus, immo, et si Causam prosecuti essemus, nos ad Actoratum minime admissi fuisset, nisi ipsi Fiscus Regius, cui Colonos Fundi Regii contra ejusmodi privatas injurias et extorsiones defendere incumberet, adstitisset, hoc quoque nonnisi positive Suae Majestatis Serenissimae Decreto eousque saltem ad stipulante, quousque nimirum Actoratum stabilissimemus aut stabilire possemus; hocce etenim oppressa et antiquis metis et limiti bus exuta Communitas tantum in publicum sola contribuit, quantum integra Sedes Mercuriensis timendumque est, ne tantae utilitatis

Communitas per novas recens, qua excogitatas, ex qua excogitari copta privatas Consulatus Cibiniensis exactiones pessumdetur et penitus absorbeatur, consequenter cum injuria alirum misero rum Contribuentium Publico inutiles reddentur.

Eatenus Majestati Vestare Sacratissimae e genibus supplicamus humillime dignetur Majestas Vestra Sacratissima in conformitate prioris Benigni Decreti Caesareo-Regii aliud novum emanari facere Decretum, ut nimirum: 1<sup>o</sup>. Gubernium Regium cum Statibus medio certae ad id e gremio sui ordinandae Commissionis lesiones [165] et aggravia nostra audiat; 2<sup>do</sup>. Fiscalium Director per se aut per Procuratorem suum nobis assistat, denique 3<sup>uo</sup>. Causae totius gestae seriem cum opinione pro altissima revisione Majestati Vestare idem Gubernium Regium et Status submittere teneantur, in quo Majestati Vestrae Serenissimae perpetuam fidelitatem et incolumitatem felixque Regnum precati emorimur.

Sacratissimae Majestatis Vestrae humillimi perpetuoque fideles subditi tora Communitas Oppidi Roschinár in Transylvania”.

Nonarum. Sub F. Numero 9<sup>o</sup>. Signa[F. 9<sup>o</sup>.]tarum, Precum utpote Roschinariensi assumptionem Causae coram Gubernio orantium Copiae hunc habent sensum.

#### PARIA

„Kevés Hatarunkban felettébb meg szorittatván, a Szebeni Uraktól, akartuk exmittalando Commissarius Urak által határunkot, ki játatni, a mint hogy nem csak bizonyos Commissarius Urak, hanem az egész Inclyta Universitas ki jövőn oculálták a Határt, és mint hogy régi határ járt levelünkben deficiáltunk, praetensionkbanis succumbalnunk kellett, mellyett az eő Felsége kegyelmes poronsolattya mellett (mellyben parancsoltatik, hogy ezen Commissariusokat [166] a Méltóságos Királlyi Gubernium determinállyá) appelláltuk vala, a Méltóságos Királlyi Guberniumba, de nem transmittaltatván de Recursu protestaltunk, és kiis vettük mint a Documentumkot, mint pedig az Inlyta Universitástól emanalt Deliberatumot, de mind eddig modunk nem lehetett benne, hogy Excellentialtoknak, méltostassék Excellentialtok nekünk senést adni, hogy assummaltothassuk Causankot, külömben a szűk Határ mián lehetetlen meg maradnunk, el kell bujdosnunk, és lako helylynket pusztaba hadnunk, mint a Királlyi Guberniumnak egész remességgel lévén, magunk alazatos rekommendationk mellett maradunk a Méltóságos Királlyi Guberniumnak alazatos szolgálai Roschinari lanoso Közönségesen”.

[F. Numero 10<sup>o</sup>.] **Decimarum.** Sub F. Numero 10<sup>o</sup>. Signatarum aequae Praecum Roschinariensium et Querelarum Suae Majestati porrectam Copialium tenor sequitur in haec verba:

„Sacratissima Caesareo-Regiaeque Majestas, Domine Domine nobis naturaliter Clementissimae Benignissime! [167]

Quam moestis et intollerabili bus afflictionibus, ac miseriis impulse ad innatam Majestatis Vestrae Sacratissimae clementiam confugere eandemque humillime de genu implorare necessitate sumus ex demisso hoc precumstrarum compendio clementissime animadvertere dignabitur.

Augustissime Imperator! Superioribus non ita pridem evolutis annis, tempore vide licet Amplissimi quondam Domini Joannis Szász Consulis Cibiniensis Inclytus ejusdem Civitatis Cibiniensis Magistratus videns, quod in montanis nostris locis miseri Incolae a potiori ex libero cuilibet educillandi exercitio publica supportarent



onera, ullud a nobis alienare sibi appropriare machinatus est; incepit itaque placidis imprimis nos alliciendo, quod nempe conveniret Consuli tanquam multis occurrentibus Casibus patrocinari petenti, ut unum alterumve vasi bi educillari curaret, quod, cum per Tutulatum Dominum Joannem Sachs non tam nostra annuentia quam sua potestate fecisset, per ejus successorem severioribus incepit totamque nostram Popinam occupavit, nec in praesens usque nobis resignavit, quin immo ad majora eaque deplorabili ora nobis infligenda idem Inclytus Magistratus anumum adhibuit. Nam [168] anno praesenti 1735 verno tempore adveniente a monti bus nostris, quos a saeculis Majores nostri et nos pacifice usque nunc possidemus deinceps quolibet anno pro Pascuatione 200 Florenorum Arendam solvendam petiit, nos vero tam iusitatae et tam gravi, immo intollerabili imposizioni hactenus inpraetisatae colla submittere nolentes misit saepofatus Magistratus Cibiniensis et 20 Senes nostros, neque citatos, neque Jure convictos in carceres detrudi curavit, institimus itaque apud Excelsum Regium Gubernium Transilvanicum mandavitque Excellentissimus Dominus Gubernator et libertati restituti sunt, verum post duas aut tres septimanas dictis iterum miseris Senibus in priorem deplorandum carceris locum, denuo Excelsum Gubernium Supplices accessimus statuitque nobis litigandi diem, ad eandem a principio Excelsi Gubernii usque ad finem expectantes obtinere non potuimus, duras porro Senibus nostris existens carcer 200 Florenos Hungaricales solvere necessitati sumus, hos itaque pro anno preterito esse dictus Magistratus asserit alios 200 pro anno praesenti a nobis extorsurus. [169]

Piissime Imperator! Quam violentus pauperibusque lacrimi plenus hic Inclyti Magistratus processus sit, Altissimo Majestatis Vestrae Judicio considerandum humillime submittimus; quo stante nihil aliud quam ultima nostram ruinam a Principatu Majestatis Vestrae Sacratissimae exterminationem nobis sperandum venit; auditur Contractum aliquem allegare, cujus nos notitia latet, quibuscum, quomodo et quando initum, eo emanatum sit, qui (si datur) et si legitimus in publicum hactenus prodire debuisset, si vero adeo vetus viribusque destitutus est aut de facto allegandus non erat, aut prius juridico processu legitimandus ejusque veritas compro banda erat et sic etiam miseranda nostra conditio in considerationem venire debuisset, incolimus enim saxa, nihil aliud, nisi innatam sterilitatem in se a potiori habentia, multis sudori bus ad victum necessaria comparantes, onera vero ad instar aliorum bonam terram possidentium supportare necessitamur; quo circa solitam in simili bus Majestatis Vestrae Sacratissimae benignitatem per eum, quo in fidem Catholicam et dideles subditos zelum [170] demississime supplicamus, quatenus tales violentas impetitiones divinitus concessa potestate refroenari nosque tam quoad Popinum quam acceptos 200 Florenos Jungaricales in integrum restitui facere benignissime dignetur, ut nos etiam humillimi Majestatis Vestrae Sacratissimae fideles sub Ejusdem alis quiescere Deumque pro omnigena Majestatis Vestrae et Augustae Domus felicitate exorare valeamus, Majestatis Vestrae Sacratissimae humillimi subditi Incolae Roschinarienses ex Sede Cibiniensi”.

Undecimarum. Sub F.H. Signatarum, Deductiones vide licet Territorialis Fundi Regii esr sequenti tenoris:

„Deductio Territorialis Fundi Regii in Transylvania Saxonici, eidem olim a Regibus Hungariae diplomatae dati, et quidem jure irrevocabili et perpetuo, adeoque

si Fundus Regius in Transylvania existens Nationi Saxonicae est collatus, sequitur, quod Valachica Plebs servilis plus vaga quam stabilis in Regio Fundo, praeter mercedem laboris nihil habeat, multo minus Jura propria Territorii, nam:

1°. Constat universae Nationi Saxonicae ex suis Privilegiis, quod Fundus Regius a Szászváros, id est: Szászváros usque Terram Saebus et Barolth, hoc est Sepsi [171] Szék Nationi Saxonicae est collatus, quod ipsum etiam reliquarum duarum Nationum Chronologia et Historici palam et impavide testantur, etquidem non tantum ad solum incolatum datus, quin ita Saxonibus jure perpetuo donatus.

2<sup>do</sup>. Si quis Transylvanorum praeter Saxones in Regio Fundo aliquam villam a Rege impetrare tentaret, tum hujusmodi impetrationi contradicere Saxonibus licitum est, uti sonant ipsa verba: volumus et Regia autoritate praecipimus, ut nullus de Jobbagonibus nostris Villam, seu Praesidium aliquod a Regia Majestate audeat postulare, si vero aliquis postulaverit, indulta eis potestate a nobis contradicant; et hinc est, quod Fundus Saxonicus audiat Provincialis, quod ejusdem Fundi Officiales in Privilegiis eorum Provinciales dicti fuerunt, in aliis autem Historicorum scriptis, atque monumentis Fundus Saxonicus nomen accepit. Unde:

3°. Certum etiam est, quod in Terra Fundi Regii supremus est Judex Territoriorum Nationis Comes fuitque ab antiquo, hoc est: ab impopulatione Fundi Regii, ipsa verba Privilegii veritatem exhibent, uti legitur, quod universus Populus sub [172] uno Judice censeatur, non igitur competit alicui objicere, quod Statutoria Lex Libro 1, Titulo 11, §<sup>pho</sup> ultimo fundamento carpsisse, dum fuisset a Principe Stephano Bathori confirmata in verbis: „Privilegiis Saxonum in Transylvania cavetur, ne unquam Lites, quae finium territorialium seu Territoriorum causa inter Saxones emergunt, ultra Universitatis eorum Forum judiciale provocentur; neve per Homines Vajvodales, sive Prothonotarios reambulentur et decidantur sub poena Provinciali, qui contrarium tentaverint”. Quoniam constat Legem confirmatam iam prius in usu fuisse, immo fundamentum in Privilegiis habere, sed Pars Actorea somnians olim habuisse Territorium a Cibiniensi distinctum, quod, si forte demonstrare nequiret, quia constat Pagum Roschinár ab antiquo tempore exstare, adeoque excisionem Territorii Saxonici pro Valachis cedendi petunt, ita quidem, ut idem Territorium in posterum non Cibiniense, sed Valachorum censeatur.

Sed, quotiam in Inclyto Principatu Transylvaniae tres Nationes propria Territoria habere constat, nempe: Siculi distinctum habent Sedium Ductum a Comitatus, ita et Saxones distinctum ab aliis [173] duabus Nationibus Territorium Proprietatem possident, tam quoad generalem extensionem Fundi Regii quam quoad Limites Sedium, Civitatum, Oppidorum, ac tandem Pagorum Saxonicalium ab invicem separato set hoc quidem deducit:

1°. Proprietatem Territorii accepisse ex Collatione Regis Geyza Saxonibus Ultrasyvanis data.

2<sup>do</sup>. Accepisse sequaciter per Divisionem Territoriorum cum metali distinctione factam, quemadmodum etiam reliquae duae Nationes ad sensum Decreti Tripartiti Partis 1<sup>mae</sup> Titulus 84 observant”.

**Duodecimarum.** Sub Numero 99<sup>no</sup> praedic[Numero 99<sup>no</sup>]tarum Decreti 2<sup>di</sup>, scilicet Sigismundi Imperatoris Articuli 5<sup>ti</sup> anni 1404 emanati, Copiarum tenor sequitur hunc in sensum:

„Quemadmodum ex antiqua Regni nostri consuetudine per Divos Reges Praedecessores nostro set nos hactenus observata Palatinus, Comites Parochiales aliique Honorem et Dignitatem Baronatus tenentes in Congregationibus, ac Generalibus Judiciis quoslibet Fures, Latrones, ac alios malefactores inibi praescriptos et extradatos judicare, condemnare, punire seu praescribere consueverunt et insuper Nobiles ex speciali Gratia [174] ipsis concedi consueta in eorum Consuetudinibus etiam Malefactores, quos in maleficiis et culpis depræhenderint, condemnare poenaliter et punire facultatem liberam habuerant, ita et nos in praesenti sanctione duximus statuendum, quod de caetero pro conservanda pace proque Civitatum et Villarum uberiori tranquillitate, pro viarum securitate, pro itinerantium commodo, ut Malefactoribus delinquendi materia subtrahatur, omnes et singulae Civitates, ac Liberae Villae seu Iudices et Jurati earundem hujusmodi Malefactores, qui in eorum tenutis maleficia perpetrassent, quemadmodum et Nobiles ex Gratia et Donatione Regia facere possent, condemnandi et debitis puniendi suppliciis plenam et liberam habeant facultatem; salvo si ipsi Rei, vel supliciis digni a Regia Majestate veniae gratiam obtinuissent, superinde. Sin autem Palatinus, Comites et alii, qui Honorem Baronatus tenentes, nec non Civitatum Rectores hujusmodi malefactores extradare comprehendere et punire non possent, sed nihilominus eos culpabiles judicando proscriberent, eo casu teneantur illi, qui proscriptionem fecerint, tales Malefactores proscriptos cunctis Iudicibus et Justitiariis Regni nostri et etiam omnibus Civibus denunciare et per eorum litteras maleficii eorundem seriem continentes manifestare; Qui Iudices et Justitiiarii, ac etiam Civitatum Rectores, postquam hujusmodi litterae ad manus eorum perveniunt, ipsos Malefactores, si in ipsorum Tenutis et Districtibus invenerint, possint et valeant, immo teneantur, ac debeant arestare, captivare, punire et iuxta eorum demerita dignis affligere suppliciis et tormentis salvo semper, si a Regia Majestate veniae gratiam impetrassent, quod si quis Iudicum, Justitiariorum vel Rectorum praetactorum ipsos Malefactores, cum in manus ipsorum inciderint, punire contempserit, sciat se indignationem Majestatis Nostrae gravissimam incursum et a Nostra Serenitate iuxta qualitatem excessus exinde dependentis procul dubio irremissibiliter puniendum, nullus etiam omnino presuma eosdem malefactores fovere, protegere vel aliququaliter defensare sub poena superius annotata”. Erantque omnes hae litterae praeinsertae in simplici copia una manu descriptae, confectae et productae.

**Duodecimarum.** Sub Numero 1234 Signatarum et Productarum, Tabellae utpote Contributionalis pro anno militari 1754 et 1755 pro parte Roschinariensium [176] confectae tenor et legalis contentia sequitur hunc in modum: [177]

TABELLA INDIVIDULIS PRAESTANDAE  
CONTRIBUTIONIS pro ANNO MILITARI 1754/5  
PAGI RESINÁR in SEDE SAXONICALI CIBINIENSIS EXISTENTIS ET  
AD EMPORIUM PRIMAE CLASSIS CIBINIENSE EJUSQUE PLAGAM  
PRIMAM SPECTANTIS [178]

DECLARATIO GRADATIONIS ET CLASSIFICATIONIS

In Territorio hujus Pagi Resinár Cubulus Seminaturae Tritici Autumnalis profert Gelimas, , et qualibet harub largitur, , Metretas; Siliginis Gelimas 16 et Gelima 12/16 Metretas, Vernalis vero Tritici Cubulus profert Gelimas 16 et Gelima 12/16 Metretas; Avenae Gelimas 16 et Gelima 1 <sup>4/16</sup> Metretas; Hordei Gelimas 10 et quaelibet Gelima 1 Metretam, reliquarum vero Seminaturae Vernalis specierum except Milio et Kukurucz, utpote Lentium, Pisorum, Fabarum, Canabis et Lini, quaelibet Metreta una profert Cubulum semine non deduct, Milii denique Metreta 4 Cubulus et Kukurutz Metreta producit 6 Cubulos in Granis, 2 Foeni Currus faciunt 1 Cubulum et 4 Urnae Vini etiam Cubulum, 3 vaccae classificantur pro duobus bobus, duo Juvenci pro uno Bove, 10 Porci, 10 Oves, 10 Apum Alvearia etiam pro 1 Bove; Pecora dein sic classificata reducuntur ad Cubulos ita: Ut quilibet Bos promiscue a 10 Cubulis computetur, tandem Rhenensis Florenus Proventuum privatorum pro Cubulo assumatur, pro taxa Opificii, ac Mercaturae medietas de quanto Taxae Capitis accipitur et sic a 4 Crucigeris calculator.

Caeterum, cu singulae facultates sint in Cubulos redactae omissis tamen fractionibus, sic quilibet Cubulus passim a 4 Crucigeris aestimatur. [179-277]

TABELLA INDIVIDUALIS PRAESTANDAE  
CONTRIBUTIONIS PRO ANNO MILITARI 1754/5  
PAGI RESINÁR IN SEDE SAXONICALI CIBINIENSI ET  
AD EMPORIUM PRIMAE CLASSIS CIBINIENSE EJUSQUE  
PLAGAM PRIMAM SPECTANTIS»

**[280] Decimarum Tertiarum: A.G.**

**Sub Litteris A.G. signatarum, Summarii scilicet Extractus eorum, quibus Roschinarienses spoliati exstiterunt, tenor sequitur in haec verba:**

**Summarius Extractus eorum, quibus Roschinarienses per Magistratum Cibiniensem spoliati, damnificati injuriatique et ad incitas redacti sunt et quae Inclytus Magistratus ignorare allegavit in moderno Processu**

1<sup>o</sup> Juris Educilli et beneficio rum ademptio: Testes e certa scientia: 1. 2. 3. 5. 8. 10. 12. 15. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 113. Hic provocat ad Constitutionem Civitatis super hac Libertate. Item in aliis Inquisitoriis sub F. 2. 3. 9. 10. 11. 12. 13. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 32. 33. 35. 36. 37. 39. 40. 44. 45. 71. 72. 78. 88. 89. 90. 91.

2<sup>do</sup>. Totius Teritorii Roschinariensis inique existentium Pascuorum antea penes solam 50<sup>mae</sup> solutionem libere usitato rum ademptio et in anno 1735 per verbera incaptivationumque vexas Taxa Pascui annuatim in florenis 200 Magistratui Cibiniensi solvendae subjectio et in usum Cibiniensium conversio.

Testes e certa scientia 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 12. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Item in [281] aliis Inquisitoriis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 41. 44. 45. 46. 47. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 84. 85. et alii fere omnes.

3<sup>tio</sup>. Quia norite imposito oneri Taxae solvendae Pascuorum sese sponte non submisissent, ob hoc per Magistratum ipsorum 20 Senioribus in Civitatem Cibiniensem

sem vocatis in publico Civitatis Carcere illatae variae vexae, verbera et incaptivationes.

Testes: 4. 9. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 39. 40. 44. 45. 46. 47. et 71.

4<sup>to</sup>. Consequenter post factam fuisse Regii Gubernii primam incaptivationem post aliquot menses novae Seniorum Pagi Roschinár incarcerationis, ac dolorum squalorumque Carcerum ex pertaesu violenter ab iis desummendae Pascuorum Raxa obligatoria.

In Transumpto Archivi Cibiniensis Processum continente sub F. a Pagina 102. usque 105., item a Pagina 117. usque 120.

5<sup>to</sup>. Taliter in anno 1735. Penes violenter extortum Contractum incoeptae Pascuorum Taxa desumptionis in anno 1736. quoque violenta continuatio. [282]

Testes in praeallegatis Inquisitoriis fere omnes.

6<sup>to</sup>. In imposizione Contributionis Regiae illis loca alpeustria et sterilia incolentibus cum reliquis Sedis Cibiniensis Incolis aequalis Capiti set reliquorum onerum impositio.

Testes in Inquisitoriis sub B. F. 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 18. 24. 25.

7<sup>mo</sup>. Mandati Caesareo-Regii 30<sup>a</sup> Septembris anni 1735. fine adhibendarum medelarum in futuram Incolarum Roschinariensium consolationem ad Excelsum Regium Gubernium expediti et inde cum Magistratu Cibiniensi communicati elusio. In Transumpto Processum continente sub F. a Pagina 102. usque 182. Inclusive, item copialiter advolutis sub numeris 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. et 10.

8<sup>vo</sup>. Pratorum et agrorum violenta ademptio et in usum Magistratus conversio, agris pro vernali seminatione aptis 1. Cubuli capaci bus singulis seorsive Taxae in Cruciferis 17 ½ impositio et creatio. [283]

Testes in citatis Inquisitoriis 4. 9. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 39. 40. 44. 45. et 71.

9<sup>no</sup>. Consuli et Civitati Cibiniensi hebdomadatim infligi et exigi solita gratuito rum laborum praestatio.

Testes in allegatis Inquisitoriis 3. 4. 6. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 102. 103. 104. 105. 106. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 128. 129. 130. 131. et 132.

10<sup>mo</sup>. Cancellistarum ad praehabitorum Jurium Libertatumque et Territorialium Beneficiorum comprobationem legitime exmistorum Inquisitionemque peragere incipientium revocatio et recompensandorum fatigiorum eorundem causa collectatae pecuniae violenta ademptio publica constat notorie tate.

11<sup>mo</sup>. Molendinalium Beneficiorum privatio, Silvarum Glandiferarum in solius Civitatis usum conversio ex iisque Roschinariensium exclusio.

Testes in Inquisitoriis sub B. et F. 2. 5. et 8., in aliis vero: 21. 22. 46. 72. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. [284] 102. 103. 104. 105. 106. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. et 128.

12<sup>mo</sup>. In anno 1774. et 1755. inchoatae recentiores Territoriorum Roschinariensium coarctationes Pascuorumque et Sylvarum occupationes, ac Terrarum pro Montibus et Pascuis norite institutae elevationes.

Testes sub B. et F. 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 22. 23. 24. et 25., in aliis vero 2. 3. 4. 5. 10. 11. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 31. 32. 33. 34. 36. 39. 40. 41. 46. 47. 71. 88. 89. 90. 91.

13<sup>to</sup>. Stipendi seu Taxae Pascui Montium et Pascuorum elevation et extraneis dari coepta elocatio et per hoc Roschinariensium ad incitas, ac ultimam desolationem redactio.

Testes sub C. 4. F. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132.

Specificatio Alpium Roschinariensium infrascriptis ab anno 1762. usque ad 1744. exarendatarum et usque ad 1776. pro iis effective solutarum. [285]

Nomina Alpium	Nomina Arendatorum	Rhenenses Floreni	Cruciferi	Capacitas Pascendarum Ovium	Pecora Cornuta Boves Vaccae
O 1. Paltsina alias Genfora	Totus Pagus Poplaka	27	30	500	-
O 2. Bobeschel	Sztan Tudura Roschinariensis	7	-	150	-
O 3. Tomnaticul	Vaszilia Duka	12	30	500	-
O 4. Majlaczéj	Dregoj Minye Reschinariensis	10	10	-	100
O 5. Donksa	Bukur Boilla Detto	19	10	600	-
+ 6. Manul	Juon Kincsi Detto	14	100	600	-
O 7. Puckulen	Juon Kincsi Detto	13	20	100	-
+ 8. Grossi	Kinde Dsürkuletz Detto	22	-	600	-
+ 9. Muntselul	Nyagoj Bukurrel Detto	12	-	300	-
+ 10. Batrina Superior	Bukur Muntsel Detto	13	20	600	-
+ 11. Batrina Mediocris	Mány Bora Detto				
O + 12. Batrina Inferior	Stán Bachnia Detto	26	40	500	-
+ 13. Picsorul Buschi	Nyagoj Heschin Detto	15	-	500	-

+ 14. Rosdesti	Opre Pinci Detto	10	-	600	-
O + 15. Serbeneszyi	Bukur Heschin Detto	27	30	700	-
O 16. Belend	Radul Albul Detto	8	-	300	-
O + 17. Kinaja	Pagus Resinár	91	10	2000	-
18. Czindrellu	Tiliskaienses	70	-	1000	-
19. Nyikulesti Superior	Roschinarienses	70	-	1000	-
20. Detto Inferior	Roschinarienses	70	-	1000	-
21. Rosztasze					
22. Besenyeu	Bukur Szirb Resinariensis	50	-	12000	-
23. Ontsesti	Roschinarienses	15	-	300	-